



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

Urkunden

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

Unterhalt des Gebäudes selbst, aus den reichen ursprünglich der Kirche angehörigen Besitzungen, welche an die Frankfurter und später an die Breslauer Universität übergingen, nur selten etwas hergegeben.

Dieser beklagenswerthen Nichtachtung älterer Kunstwerke, die fast bis auf unsere Zeit geherrscht hat, stellt sich jedoch die erhabende Pietät der Gegenwart gegenüber, welche keine Opfer scheuet, um das noch Erhaltene vor weiterem Ruin zu schützen, und wohlbewahrt auf die Zukunft zu bringen. Seit zwei Jahren ist ein bedeutender von Seiner Majestät dem Könige angeordneter Reparaturbau des Domes zu Stendal in der Ausführung begriffen, um dies großartige Gebäude, von unwürdigen Zuthaten der spätern Zeit sorgfältig gereinigt, so weit es zu erreichen ist, in früherer Schönheit wieder herzustellen und der Altmark dadurch die Erhaltung dieses ausgezeichneten Denkmals der Kunst und der Frömmigkeit für längere Zeiten zu sichern.

U r k u n d e n.

Alle Urkunden, wobei nichts über die Urschrift bemerkt ist, sind nach den mir von der K. Bibliothek-Verwaltung zu Breslau gefälligt mitgetheilten Originalien des Demarchives abgeschrieben.

I. Markgraf Otto II. verzeignet dem Domstifte den Ort, wo von seinem Bruder die Domkirche erbauet worden, und die landesherrlichen Rechte zu Garlipp, im Jahre 1188.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego secundus Otto, dei gratia marchio in brandenburch. Fragilitas humane condicionis, que ex diuersis molestatur incommoditatibus ita, ut omnis homo in perpetuum uiuendi spem postponere debeat, persuadet, vt ad illam nostra acceleremus, que sine caret omni iocunditate repletur et exultatione. Hanc igitur conciliari debere per elemosinarum largitates et bona merita considerantes, Nostri et parentum nostrorum sublatorum necnon succedentium apud canonicos in burgo nostro, qui stendale nuncupatur, constituimus memoriam, Quam neque mors, que corporis et anime diuorcium facere solet, neque uetustas, que comes obliuionis est, Abholere ualet. Omne enim predium, quo frater noster aeccliam beati nicolai fundauit in eodem oppido, predictis canonicis cum fratre nostro uoluntarie et legitima facta exfestuatione porreximus. In uilla etiam Garlip ius marchie, quod communi uocabulo marchrecht nuncupatur, prememorato ita indissolubiler annectimus aecclie, ut illud nullus nostrorum heredum aut succedentium ualeat inde abstrahere marchionum. Auctoritatem, quam a gloriosissimis imperatoribus frederico et heinrico, regibus quoque Conrado et heinrico, filio imperatoris frederici, accepimus, Omnibus in christo fidelibus et deo sacrificare uolentibus de manibus ad nostram jurisdictionem pertinentibus prestantes, vt pretaxate aecclie secure offerant et salutem anime sue inde constituant. Que omnia ut rata et inconuulsa permaneant auctoritate nostra confirmamus et munimine presentis pagine sigilli quoque nostri impressione corroboramus. Hec autem nouella plantatio aecclie beati nicolai in stendale originem accepit Anno dominice incarnationis M. C. L. XXX. VIII, Sanctae romane aecclie sedi elemente tercio presidente, regnante feliciter frederico romanorum imperatore, In muguntina aecclia cathedram gubernante conrado uenerabili archiepiscopo, In halberstadensi aecclia

theoderico, sub principibus marchione in brandenburch secundo ottone, Heinrico inclito comite de Gardelege, qui etiam fundatores eiusdem loci extiterunt, sub testimonio horum nobilium et illustrium uirorum uenerabilis episcopi huberti haelbergenfis, comitum quoque de osterburg Alberti et Wernerii filii sui, Ottonis de ualkenften, heinrici de dannenberg, vlrici de luchowe, friderici de osterwolt, friderici de saltwedele, ministerialium aetiam Gerardi de saltwedele, heinrici, Rodengeri friderici, theoderici, heinrici de osterburch et aliorum de nostra familia omnium, quos superfluum et mora esset enumerare.

II. Papsi Clemens III. nimmt das Domstift in unmittelbaren apostolischen Schutz auf,
am 29. Mai 1188.

Clemens, Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis preposito S. Nicholai in Stendale, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicis substituendis in perpetuum — Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam S. Nicholai de Stendale, in qua diuino estis obsequio mancipati, in ius et proprietatem beati Petri et sub apostolice sedis protectionem suscepimus et presentis scripti priuilegio communimus Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia uestra in presentiarum iuste et canonicis possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant, In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, uillam Garlippe cum omnibus ad eandem pertinentibus, omnes Ecclesias in Stendale constitutas, Duo talenta in areis et tria talenta in domo mercatorum in eodem castro, Ecclesiam Scinne, molendinum Rokenzhe. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et cetera ecclesiastica sacramenta a Dioecesano recipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea uobis gratis et absque prauitate aliqua uoluerit exhibere, alioquin ad quemcumque malueritis, recurratis antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Ad hec presenti scripto statuimus, ut animarum curam non ab archidiacono sed a dioecesano recipiatis episcopo, si eam uobis duxerit committendam: alioquin eam de commissione apostolica teneatis. Decreuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, uel eius possessiones auferre aut ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem, quod eadem ecclesia specialiter beati Petri iuris existat et percepte a sede apostolica libertatis unam unciam auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat atque a sacratissimo corpore ac sanguine dei ac domini redemptoris nostri ihesu Christi aliena fiat, atque in extrema examine districti ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen.

Dat. Laterani, per manum fratris Moysis S. Rom. ecclesie subdiaconi vicem agentis Cancellarii, III. Kalend. Junii, Indictione sexta, incarnationis dominice Anno M^o. C^o. LXXXVIII^o. Pontificatus uero Domini Clementis pape tertii Anno primo.

III. Pappst Clemens III. gestattet dem Domstifte die priesterlichen Sacramente von jedem katholischen Bischöfe zu empfangen, am 11. Sept. 1189.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Preposito et fratribus sancti Nicolai in Stendale — tam uestris quam dilecti filii nostri nobilis uiri Henrici Comitis, uestre ecclesie fundatoris, precibus inclinati presenti pagina uobis uestrisque successoribus duximus indulgendum ut si dioecesanus uester a uobis cum humilitate debita sub testimonio prudentum uirorum pluries requisitus, sacramenta ecclesiastica gratis uobis et sine difficultate ac prauitate aliqua non indulerit, a quocumque malueritis catholico episcopo gratiam apostolice sedis habente, ea uobis liceat postulare, qui nostra fretus auctoritate quod postulatur impendat. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Laterani, III. Id. Septembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

IV. Pappst Clemens III. erteilt allen Bischöfen die Anweisung, auf Antrag des Domstifts diesem die priesterlichen Segnungen zu erteilen, am 11. Septbr. 1189.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus uniuersis Episcopis, ad quos litere iste peruenerint, Salutem, apostolicam benedictionem. Etsi uniuersarum ecclesiarum quieti teneamur sollicitè providere, de illarum tamen tranquillitate ac pace nos conuenit uigilantius cogitare, que nostri iuris existunt et ad Romanam ecclesiam nullo mediante pertinere noscuntur. Inde est, quod cum dilectis filiis nostris Preposito et fratribus ecclesie sancti Nicolai de Stendale, que beati Petri iuris existit et ad nos specialiter pertinere dinoscitur, de apostolice sedis clementia sit indultum, ut si dioecesanus episcopus sub testimonio prudentum uirorum ab eis cum humilitate debita pluries requisitus sacramenta ecclesiastica gratis illis et absque difficultate et prauitate aliqua non indulerit, ea possint a quocumque maluerint catholico episcopo postulare, fraternitati uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus sacramenta ipsa cum ab eisdem fratribus fueritis requisiti, dilationi et appellatione remota, libere de auctoritate apostolica impendatis. Datum Laterani, III. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

V. Pappst Clemens III. gestattet dem Domstifte die Seelsorge in seinen Patochien durch seine Mitglieder und Capelläne verrichten zu lassen, am 13. Sept. 1189.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Preposito et fratribus sancti Nicolai in Stendale — tam uestris quam dilecti filii nobilis uiri henrici Comitis, uestre ecclesie fundatoris, precibus inclinati, presenti pagina uobis uestrisque successoribus duximus indulgendum, ut si dioecesanus episcopus sub honestarum testimonio personarum pluries humiliter requisitus personis idoneis a

uobis canonice presentatis curam animarum illarum parochiarum, que ad uos pertinent, sine difficultate ac prauitate aliqua non impenderit, ex tunc eam de auctoritate apostolica, cessante appellatione absque columbia teneatis et in eis per uos uel per capellanos uestros libere ministretis, donec episcopus duritiam suam recogitans presentatos a uobis sicut debet admittat. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Laterani, Idus Septembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

VI. Papp Clemens III. gestattet dem Domstifte die Zehnten in seinen Parochien aus den Händen weltlicher Besitzer auszulösen, am 13. Sept. 1189.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Preposito et fratribus sancti Nicolai in Stendale — uobis presentium auctoritate duximus indulgendum, ut liceat uobis decimas, ad uestras parochias pertinentes, de manibus redimere laicorum et eas uestris uestrorumque successorum usibus libere deputare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam indulgentie nostre infringere etc. Datum Laterani, Idus Septembris, Pontificatus nostri Secundo.

VII. Papp Clemens III. verordnet, daß keine Synode im Domstifte gehalten noch Interdict oder Excommunication über dasselbe ohne päpstlichen Consens verhängt werden dürfe, am 4. Nov. 1189.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Al. preposito et fratribus ecclesie de Stendale Salutem et apostolicam benedictionem, — Dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut nulli synodum in ecclesia nostra uobis inuitis liceat celebrare: auctoritate etiam apostolica prohibemus, ne quisquam episcopus uel prelatu8 personas uestras excommunicare aut uestram ecclesiam presumat subicere interdicto, Salua sedis apostolice et ipsius legati auctoritate. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Laterani, II. non. Nouembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

VIII. König Heinrich verzeignet dem Domstifte 20 Pfund Einkünfte, welche zu den landesherrlichen Hebungen der Mark Brandenburg gehören, am 23. Juni 1190.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Henricus sextus, diuina fauente clementia Romanorum Rex et semper Augustus, — Nouerit — tam presens Imperii fidelium etas, quam successura posteritas, quod nos ob spem retributionis eterne Monasterio in Stendale, quod fundauit dilectus consanguineus noster heinricus, comes de Gardelege, contulimus redditus uiginti librarum, pertinentes ad marchiam in brandenburch, sub eo tenore, ut fratres predicti monasterii redimant illos redditus ab aliquo, qui eos possidet uel ab aliquibus, uel si alio modo eos uacare contigerit, uolumus ut ad predictum monasterium deuoluantur et sic prememoratum monasterium iam dictas uiginti libras libere possideat. Vt igitur hec nostre celsitudinis concessio rata in perpetuum et inconuulsa permaneat,

presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri, Statuentes et regali edicto precipientes, ut nulla deinceps humilis uel alta secularis uel ecclesiastica persona presentis majestatis nostre rescriptum infringere audeat uel ipsi in aliquo contraire presumat. Quod qui fecerit, gratie nostre offensam et eterni iudicis ultionem se nouerit grauiter incursum. Huius rei testes sunt Wigmannus magdeburgensis archiepiscopus, Theodericus haluerstadenfis episcopus, baldramus brandenburgensis episcopus, bertholdus nuenburgensis episcopus, bernardus dux saxonie, Dedo marchio de lufiz, Albertus marchio misnensis, Comes sifridus de orlamunde, Comes Poppo de Wertheim, Cunradus prepositus Goslariensis, heinricus prepositus sancti Mauricii in maguntia, Robertus de durne, heinricus de lutra, Conradus dapifer de Rotenburc, et alii quam plures.

Signum Domini Heinrici sexti Romanorum Regis inuictissimi. Ego ditherus, Imperialis aule concellarius, uice domini cunradi maguntine sedis archiepiscopi et totius germanie archicancellarii Recognoui. Acta sunt anno dominice incarnationis M^o. C^o. XC^o. Indictione VIII^a, Regnante domino heinrico Romanorum Rege Gloriosissimo, anno regni eius XXI^o. Datum apud aldenburc per manum heinrici Imperialis curie prothonotarii, VIII^o. kal. Julii.

Das Original ist in doppelter Ausfertigung vorhanden. Diese Ausfertigungen stimmen in der Hauptsache überein; doch sind die Worte der hier zu Grunde gelegten Ausfertigung stendale, Gardelege und Poppo in der zweiten Ausfertigung Steindale, Gardeleue und Boppo geschrieben.

IX. Markgraf Otto verzeiget dem Domstifte 20 Pfund landesherrlicher Einkünfte, im Jahre 1190.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Ego secundus Otto, dei gratia in brandenburg marchio. Per elemosinarum largitates et orationum continuarum deuotiones, per ieiuniorum macerationes, per uigiliarum sine tedio continuationes et aliorum bonorum operum instantias eterne uite confortium adipisci debet. Quia uero nobis omnium istorum facilitatem naturae nostrae debilitas negauit et petulantia, que iuuenibus feruida etatis domestica solet esse, semper suadet in contrarium; necessitati salutis nostre in hoc consulere decreuimus, quatenus illud per alienos obtineamus labores, quod propriis non ualemus. Unde nobis uirorum religiosorum beniuolentiam conciliare omni studio, quo ualeamus, profuturum duximus, ut eorum nobis assidue profint orationes. Non solum ergo precibus dilecti fratris nostri, comitis henrici de gardelege, uiri in adolescentia sua bene disciplinati, quibus iuuentus fructuosam semper pollicetur etatem, inclinati, uerum etiam sancto Nicolao et canonicis suis in stendale domino deo famulantibus, persuadente, ad computum XX talentorum feodi nostri, quod ad nostram pertinet iurisdictionem, et communi uocabulo margrecht nuncupatur, praedictae ecclesiae ex consensu et petitione prememorati fratris nostri comitis de gardelege, qui nobiscum marchiam iure feudali de manu suscepit regia, contradidimus, Ita liberam et laxam facientes ejusdem traditionis exfestuationem, ut de cetero prenomatos canonicos nullus nostrorum in eadem donatione molestare ualeat posterorum aut aliquis aliquam preter ejusdem ecclesiae cultores indebitam extorquere exactionem. Et ut haec traditio rata permaneat et inconuulsa, presenti pagina signari et sigilli nostri impressione precepimus corroborari. Est autem facta anno dominice incarnationis M^o. C^o. C^o. Indictione VIII^a. sub

pontifice summo Clemente tercio, Eo etiam anno, quo magnificus romanorum imperator fridericus ad requirendam terram repromissionis de manibus gentilium, quibus tunc capta erat, a rege panoniae honorifice receptus et pro uelle suo expeditus per gratiam autem in manu ualida iherosolimam cum multitudine peregrinorum peregre profectus est; Regnante feliciter romanorum rege henrico III, anno regni sui XXI^o. sub principibus saxoniae Wigmanno sanctae magdeburg. ecclesiae archiepiscopo, Teoderico haluerstadenfis ecclesiae episcopo, Balderammo brandenburgensif ecclesiae episcopo, huberto haelbergensif ecclesiae episcopo, praesentibus his uenerabilibus personis Rudolfo uerdenfis ecclesiae episcopo, Cunrado in goflaria praeposito, henrico praeposito sancti sebastiani in magdeburg, Temporibus ejusdem nouelle plantationis praelatorum Alberti praepositi, Gerberti decani, In praesentia quoque horum comitum nobilium Wernheri de luchowe, henrici de dannenberch, friderici de ostirwalde, Regie quoque aule prothonotarii henrici de aquis, hermanni et sifridi praenominatorum principum scriptorum.

X. Papsi Cölestin III, bestätigt dem Domstifte das Recht, die priesterlichen Sacramente von jedem ihm beliebigen Bischöfe verrichten zu lassen, am 7. Aug. 1191.

Der Inhalt dieser Zusicherung ist in der Urkunde vom 11. September 1189 (Nr. III) wörtlich enthalten.

XI. Papsi Cölestin III, bestätigt dem Domstifte die Befreiung von den Synoden und den Strafen des Interdicts und der Excommunication, am 7. Aug. 1191.

Der Inhalt dieser Zusicherung stimmt mit dem oben mitgetheilten Documente vom 4. Nov. 1189 wörtlich überein (vgl. Nr. VII.)

XII. Papsi Cölestin III, bestätigt dem Domstifte das Recht der Seelsorge in den ihm angehörigen Pfarren, am 7. Aug. 1191.

Diese Urkunde stimmt mit der oben mitgetheilten Urkunde des Papsies Clemens III. vom 13. September 1189 (Nr. V) wörtlich überein.

XIII. Papsi Cölestin nimmt das Domstift in unmittelbaren apostolischen Schutz auf, am 9. Aug. 1191.

Celestinus episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis preposito sancti Nicolai in Stendale eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum — uestris iustis postulationibus clementer annuimus et praefatam ecclesiam sancti Nicolai, in qua divino estis obsequio

mancipati, ad exemplar pie recordationis Clementis pape predecessoris nostri, In ius et proprietatem beati Petri sub apostolice sedis protectione suscipimus et in futurum concessione pontificali munimus, Statuentes ut quascunque possessiones etc. Datum Rome apud sanctum Petrum — V. idus Augusti — Anno Incarnationis dominice M^o. C^o. XCI^o. Pontificatus Celestini pape III anno primo.

Der Fortgang dieser Urkunde stimmt wörtlich mit dem Schugbriefe des Papsst Clemens III. vom 29. Mai 1188 überein.

XIV. Graf Heinrich von Gardelegen trifft eine Disposition darüber, wie es mit dem Nachlasse der Domherrn gehalten werden soll, im Jahre 1192.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit tam futuris quam presentibus, quod ego heinricus, comes in Gardelegh, superne uite accensus desiderio ecclesiam in stendale in proprietate mea construxi et canonicos ibidem deo deseruituros habito summi pontificis et coheredum meorum consensu stipendiis assignatis institui, Quibus inter cetera, que commoditati et utilitati ipsorum proficiunt, decedentibus etiam prospicere disposui scilicet aliquo eorumdem in extremis agente, si debitis forte oneratus fuerit, liceat ei stipendium prebende sue integraliter ab obitu suo per anni circulum creditoribus suis pro debitis assignare. Si uero estimatio prebende pluris fuerit, quam requirant debita, quicquid solutis debitis residuum fuerit, deducta uicarii mercede, in usus pauperum pro uoluntate sua preordinet erogandum. Si uero quis debitis grauatus non fuerit preter uicarii mercede stipendium instantis anni pauperibus pro arbitrio suo distribuat profuturum. Si uero ab intestato quod absit aliquem decedere contigerit ea, que testamentum condenti liberaliter concedimus, ne seruientes conducticii mercede debita creditores mutuata fraudentur pecunia, conuentui pro defuncto sine exceptione promouenda committimus. Libertatem insuper electionis decani et canonicorum substituendorum fratribus in stendale indulimus, patrono de preposito instituendo ad placitum suum rationabiliter ordinante, ea consideratione, ut institutus prepositus in stipendiis canonicorum nichil iuris obtineat. Areas et predia et agros ecclesie ubicunque fuerint aduocati uel bedelli appetere uel aliquod in eis statuere non presumant. Hec autem facta sunt anno dominice incarnationis M^o. C^o. XCI^o. Sancte romane ecclesie presidente Celestino III^o. anno sui pontificatus II^o. Regnante feliciter imperatore heinrico III^o. Anno sui imperii II^o, presentibus his nobilibus et religiosis personis Comite heinrico de dannenberch, Walthero de arnestein, Alberto eiusdem loci preposito, Gerberto decano, Godefranco, heinrico aduocato et aliis quam pluribus, quos superfluum est et mora enumerare.

Das Original ist in mehreren Exemplaren vorhanden, die jedoch nur in der Schreibart abweichen. Auf dem Siegel, welches an einem Exemplare noch vorhanden, erscheint der Graf geharnischt zu Pferde.

XV. Bischof Gardolph von Halberstadt bestätigt dem Domcapitel zu Stendal das Erbrecht, Wahlrecht und die sonstigen ihm bei der Stiftung verliehenen Freiheiten, am 28. Nov. 1194.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gardolfus, dei gratia halberstadensis ecclesie episcopus, Dilectis in christo filiis W. decano sancti Nicolai in stendale ejusque fratribus tam

futuris quam presentibus canonice substituendis in perpetuum — prefatam ecclesiam, in quo diuino mancipati estis obsequio, cum omnibus bonis et possessionibus suis sub beati Stephani et nostram protectionem suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuimus ergo ut secundum quod in privilegio illustris principis ottonis secundi, marchionis in brandenburch, ecclesie vestre fundatoris, una cum fratre suo, h. inclito comite de Gardeleben, expresse preordinatum est, vos vestrique successores in testamentis condendis et facultatibus distribuendis, quamdiu uixeritis, plenam habeatis libertatem, illud non minus confirmantes, quod si aliquis uestrum in extremis agens debitis forte oneratus fuerit, liceat ei stipendium prebende sue integraliter ab obitu suo per anni circulum creditoribus suis pro debitis assignare. Si uero ab intestato, quod absit, aliquem decedere contigerit, ea que testamentum condenti liberaliter conceduntur, ne feruientes conducticii mercede debita creditores mutuata fraudentur pecunia, conuentui pro defuncto sine exceptione promouenda committimus. Electionem quoque liberam in decania, scolastico, custode et cellerario canonicisque assumendis uobis concedimus, hoc diligenter interposito, quod prepositus uester, quem quidem patronus ecclesie absque electione instituere poterit, nichil in uestris habeat stipendiis. In areis et agris ac prediis ecclesie uestre aduocati et bedelli nichil unquam exigere aut statuere presumant. Si qua igitur persona humilis uel alta hanc nostre confirmationis paginam infregerit, ni secundo aut tercio commonita respuerit et satisfecerit, anathematizata sit et in extremo examine districte subiaceat ultioni. Testes huius rei sunt Cunradus maioris ecclesie prepositus in halberstad, Cunradus camerarius, fridericus uicedominus, Geroldus cellerarius et archidiaconus halberstadenfis, Romarus archidiaconus balsamie, Burchardus archidiaconus in isleuen, Almarus archidiaconus in Kiffeb., Beringerus, Cunradus et Meinhardus canonici, fridericus decanus sancte Marie, Cunradus et ludolfus canonici. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. C^o. XC^o. III^o. III^o. kal. decembris, Sanctissimo domino papa Celestino III. romanam sedem tenente, Gloriosissimo domino heinrico VI. romanorum imperatore regnante, anno ordinationis nostre primo.

XVI. Markgraf Otto II. schenkt dem Domstifte vier Hufen Landes in Röhre für den Altar der heiligen Katharina, am 24. Dezbr. 1197.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Nouerint tam presentes quam futuri, quod ego Otto secundus, dei gratia marchio in brandenburg, superne retributionis amore ad preces et obsequium heinrici, tunc custodis in stendale, preter ea, que pie memorie frater meus heinricus comes ecclesie beati Nicolai in stendale me consentiente, immo robur rei me prebente, contulerat, quatuor mansos in rokinze altari beate katerine spontanee contuli, Duos quidem, quos herbrandus de manu nostra feodaliter tenebat, et duos, quos Eluekinus uel ejus heredes, excepta decimatione, quam iohannes de iersleue a nobis tunc in feodo tenebat, et excepta ea pensione, que wuzop dicitur, quam ejusdem uille rokinze uidelicet uillicus in feodo tenebat, et preter censum, qui pridem ecclesie eidem a nobis collatus fuerat, et preter duos modios et dimidium majoris mensure, quos de predictis IIII. mansis sicut censum dudum ante contulimus. Verum ne nostre deuotionis oblatio apud posteros obliuioni contradatur, hoc quod legitime fecimus, sigilli nostri impressione deo auctore in perpetuum mansurum roboramus. Testes autem huius rei sunt clerici heinricus custos ejusdem ecclesie, Johannes concanonicus ejus, Iodewicus capellanus noster, laici uero Arnoldus de flatuorde, Rodolfus de rolstede, Olricus balehorn, Marquardus coquine nostre magister, et alii quam

plures, quorum nomina breuitatis amore pretermittimus. Acta sunt autem hec anne dominice incarnationis M^o. C^o. XC^o. VII^o. VIII. kal. decembris.

XVII. Graf Siegfried in Osterburg bestätigt dem Domstifte die von seinem Vater Grafen Albert in seiner Grafschaft gemachten Schenkungen, am 26. Febr. 1207.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Liqueat tam presentibus quam futuris, quod ego Sifridus, dei gratia comes in Osterburch, post obitum patris mei felicis memorie Alberti, tunc comitis in Osterburch, pie collata ab eo ecclesie beati Nicolai in Stendale spontaneus innouo et ratum habendo confirmo idem beneficium, videlicet ut villa Rokinze ab omni iure et ab omni onere utriusque nostrum collatione, sicut et villa Garlip sit exempta, quod uel ego uel successores mei ab aliis villis, in eadem comitia constitutis consueverunt exigere debitum vel quod absit extorquere uiolenter. Verum ne sub hac generalitate obscuritas lateat onerosa, expressius hanc villam Rokinze scilicet ab eo, quod grafkorn et grafding et albergaria dicitur omnimodis absolutam recognosco: et ne forsitan obliuio nouerca gestorum huius liberalitatis memoriam valeat obfuscare, litteris nostris et sigillo quod ob remedium animarum nostrarum contulimus successoribus inuiolandum corroboramus. Acta autem sunt hec in aldenhufin presentibus his: Iamberto sacerdote et canonico in Stendale, Alberto de nigendorp, Engilhardo tunc dapifero, hermanno de mirica tunc advocatione in Aldenhufin, Ottone de brittania, Burchardo tunc camerario, et aliis quam pluribus. Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. VII^o. concurrente VI^o. III^o. Kalendas martij.

XVIII. Paps Innocenz III. bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen, am 6. Mai 1207.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Decano et Capitulo Stendaliensi — uestris iustis postulationibus annuentes, de Stendale, de Schinne, de Eluebuie et Rencherflache ecclesias, villam de Garlippe cum pertinentiis suis, duo talenta in areis et tria talenta in domo Mercatorum eiusdem castri, Quinque agrorum iugera extra fossatum et totidem iuxta Rencherflache, Areas quasdam pia uobis fidelium liberalitate collatas, Molendinum de Rokence, villas Rokence, Slautiz et Bereche cum pertinentiis earundem, Quatuor mansos in Schadewachte, duos in Niewinkele, duos in Bellinke, duos in Eluebuie, duos in Ciple ac dimidium in Gerbrechteslache ac tres quadrantes in Rencherslache, sicut ea iuste ac pacifice possidetis, uobis et ecclesie uestre per uos auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, II. Non. Maii, Pontificatus nostri Anno Nono.

XIX. Markgraf Albrecht bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen und Freiheiten und verpflichtet dasselbe zur Feier des Sonnabends zur Ehre der heiligen Jungfrau, am 1. Juni 1209.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Albertus dei gratia marchio brandeburgensis, — superni amoris accenti desiderio ob spem retributionis eterne circa ecclesiam Beati Nicolai in Stendale

affectu pie devotionis excitati, de stendale, de schinne, de Eluebne et Rengirslage omnes Ecclesias, Garlip et Slautiz villas cum omnibus suis pertinentiis, Duo talenta et IX. solidos de censu ararum in stendale, et tria talenta de domo mercatorum, videlicet de summa totius pensionis primo deducenda, Sex agrorum jugera extra fossatum et totidem in rengirslage, Areas quasdam pia fidelium liberalitate collatas, villam Rokinze cum molendino, Quatuor mansos in schadewachten, Duos in Niewinkele, Duos in bellingen, Duos in Eluebuje, Duos in stenuelde, ac dimidium in Gerbrechtflage ac tres quadrantes in Rengirslage, Octo solidos in fanne, Mansum unum in crufemarke et unum in norstede et villam Berge, que sola cum omnibus pertinentiis suis ad preposituram pertinet: Hec omnia prememorata Fratrum nostrorum beate memorie scilicet Marchionis Ottonis et Comitum Henrici pia liberalitate cum consensu nostro fuisse collata recognoscimus et sub tanta securitate ac liberalitate possideri volumus, ut nulli advocatorum aut bedellorum, aut villicorum, aut quorumcumque officiarum liceat unquam in villis vel in rebus eiusdem Ecclesie cuiuscumque exactionis incommodum facere vel aliqua grauaminis molestia perturbare, quia ex privilegiis eiusdem ecclesie iam pridem indultis et authenticis nobis constitutis, ipsam hac immunitate debere gaudere. Canonici uero, qui huiusmodi munificentie privilegio super omnibus suis communiti sunt, deuotioni nostre non ingrati unanimi consensu statuerunt, singulis sabbatis missam in honorem et memoriam Gloriosae uirginis Marię celebrare, nisi forte aliqua sollempnitate prepediantur, in qua tamen collectam pro nobis dicendam non omitti decreuerunt. Ne quis igitur heredum nostrorum vel Successorum in posterum id ausu temerario presumat infringere, litterarum nostrarum ac Sigilli nostri patrocinio confirmamus. Testes autem qui aderant sunt clerici Theodericus Decanus, Arnoldus, Godefridus notarius, Helyas scholasticus eiusdem Ecclesie Canonici, Bruno de tangirmunde plebanus, Laici uero Burchardus de Kochstede, Burchardus de Buchholth, Albertus flichting, Bodo de Ilburgh, Gozwinus de Brandeiz, Henricus pincerna et Arnoldus frater eius, Conradus ac Fridericus de Buch, Henricus de Storkowe. Acta sunt hec Anno Dominice incarnationis MCCVIII, Cal. Junii Tangirmunde.

XX. Markgraf Albrecht schenkt dem Domstifte zwei Hufen Landes in Steinfeld, am 16. Juni 1209.

In nomine sancte et individue trinitatis. Albertus, dei gratia Marchio in brandenburch, Quum humane memorie perpetuitate scripturarum iuari solet imbecillitas, notum esse uolumus omnibus tam presentis quam future etatis Christi fidelibus, quod ecclesie sancti Nicolai in stendale duos mansos in villa steinued cum omni usu inde proveniente contulimus, omni iuri nostro in ipsis renunciantes, omnibusque advocatis et officiariis nostris omnem exactionis modum auferentes, eosdem mansos, a quolibet seruitutis onere in perpetuum exemptos, cum tranquilla libertate uolumus ab eadem ecclesia possideri. Testes autem huius donationis, qui tunc aderant in grotinswachten, sunt: Godefridus canonicus in stendale et notarius, Johannes burchgrauus in lubin, Burchardus comes in ualkenstein, Fridericus junior advocatus in saltwitele, Fridericus de hafele, Theodericus dapifer, Engilhardus, Gernandus de stendale, Hermannus de stafuelde, Meinhardus struing et alii quam plures. Ad remouendam igitur omnem in posterum ambiguitatem prefatam ecclesiam super hisdem mansis, quos cum affectu deuotionis obtulimus, presenti scripto cum

figilli nostri testimonio confirmamus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. VIII^o. Indictione XI^a. XVI. Kalendas July in Grotinswachten.

XXI. Der Propst vergleicht sich mit den Domherrn über vier Hufen Landes in Schadewachten, im Jahr 1211.

A. dei gratia sancte magdeburgensis ecclesie decanus et prepositus ecclesie in Stendal omnibus in perpetuum. Cum controversia verteretur inter nos ex parte una et capitulum ecclesie de Stendal ex parte altera super quatuor mansis in scathewachten, de quibus ius percipiendi usum fructum tantum diebus vite nostre ad nos pertinuit, postmodum ad prebendas canonicorum in prefata ecclesia defervientium devolvendis cum omni iure, nos concordiam amplectentes litemque detestantes canonicos sepeditate ecclesie ad domum nostram invitavimus et invitatos benigne recipientes, talem recompensationem pro lesione, si quam pateretur vel passura esset ex facto nostro prefata ecclesia, ipsis obtulimus, videlicet ut a possessione ville, que scelautiz dicitur et attinentium ad illam in continenti cederemus, eadem possessio ad nos diebus vite nostre pertineret et prefatos canonicos in possessionem prefate ville et omnium attinentium induceremus. Quam recompensationem gratanter approbantes Firmam compositionem nobiscum inierunt, ita tamen, quod saluum esset ipsis ius repetendi quatuor prefatos mansos suo tempore, quos concessimus tiderico, dapifero marchionis de brandenburg concessionem duratura tantum diebus vite nostre. Et ne lis iuste sopita suscitetur in posterum, litterarum nostrarum testimonio cum appensione sigilli nostri prescriptam compositionem roboramus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XI^o, anno pontificatus innocentii III. XIII^o. in presentia testium Annonis, Conradi de saltwedele, canonicorum maioris ecclesie in magdeburg, Conradi sacerdotis de luburch, heremanni sacerdotis de drogewiz, Weneri notarii, baldwini et arnoldi, canonicorum de Stendale.

XXII. Honorius III. bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen, am 19. April 1220.

Honorius episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Preposito et Capitulo ecclesie in Stendale — vestris precibus inclinati, Personas vestras et ecclesiam, in qua divino vacatis obsequio, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum prestante domino iustis modis poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem villas, Terras possessiones Censur et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per nos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum apud urbem veterem, XIII. kal. Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

XXIII. Papsi Honorius III. bestätigt dem Domstifte die Befreiung von den Synoden so wie von dem Interdict und der Excommunication, am 18. Mai 1220.

Honorius episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis preposito et fratribus de Stendale — vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, ad exemplar felicis recordacionis Celestini pape predecessoris nostri vobis auctoritate presentium indulgemus, ut nulli sinodum in ecclesia vestra vobis invitis liceat celebrare, Auctoritate etiam apostolica prohibemus, ne quisquam episcopus vel prelatus personas vestras excommunicationi aut vestram ecclesiam presumat subicere interdicto, salva sedis apostolice et ipsius legati auctoritate. Nulli igitur etc. Datum apud urbem veterem XV. kal. Junij, pontificatus nostri anno quarto.

XXIV. Papsi Honorius III. befiehlt den Streit des Domcapitels mit dem Archidiaconus des Landes Balsamien wegen der Obedienz der Pfarrer in den Capitelsdörfern zu schlichten, am 2. Juni 1220.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Scolastico, Custodi, Ludolfo Canonico Magdeburgensi Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum prepositi et Capituli ecclesie de Stendale accepimus questionem, quod Archidiaconus Balsamie, halberstadenfis diocesis, a Cappellanis ecclesiarum suarum obedientiam et reuerentiam exigit minus iuste, ipsos et predictas ecclesias super hiis et aliis contra iustitiam aggravando in eorum preiudicium et grauamen. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis, qui fuerint euocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem cessante appellatione cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo ueltrum ea nichilominus exequantur. Datum viterbii, III. non. Junii, pontificatus nostri Anno Quarto.

XXV. Siegfried Graf in Osterburg erneuet die von seinem Vater Albert in die Hände der Stifter des Domstifts gemachten Schenkungen, am 10. Mai 1225.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Liqueat tam presentibus quam futuris, quod ego Sifridus, dei gratia comes in Ostirburch post obitum patris mei Alberti felicis memorie comitis in Ostirburch resignationem ab ipso pie factam in manus fundatorum ecclesie sancti Nicolai in Stendale spontaneus inuouo, Et donationem ab eisdem fundatoribus ob salutem animarum suarum eidem ecclesie pie factam, ratam habeo, hoc ipsum confirmando, videlicet ut ville Rokinze et Slavtitz ab omni iure et ab omni onere facto utriusque nostrum sicut et villa Garlip sint exempte, quod vel ego vel successores mei ab aliis villis in eadem comitia constitutis consueuerunt exigere debitum vel

quod ablit extorquere violenter. Verum ne sub hac generalitate obscuritas lateat onerosa expressiua har villar Rokinze videlicet et Slavtitz ab eo quod Grafkorn et Grafdink et Albergaria dicitur omnimodis absolutas recognosco. Et ne forsitan oblivio noverca gestorum hujus liberalitatis memoriam valeat obfufcare, litteris nostris et sigillo quod ob remedium animarum nostrarum fecimus successoribus inviolandum corroboramus. Acta sunt hec in Stendale, in domo mercatorum, presentibus clericis his scilicet canonicis in Stendale, Lamberto scolastico, Petro, Michahela, Henrico, Gunterramo, Reinwardo, Et canonicis Havelbergenfibus Gunzelino custode, Cunrado, Hermanno, Johanne, Walthero plebano in Julbuk, Et laicis Arnolde de redere, Theoderico quondam dapifero, Meinhardo de undin, Friderico advocato de Tangermunde, Wichardo de ueltheim, Olrico et Olrico advocatis, Gernando, seniore et juniore Et aliis quam pluribus. Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXV^o. VI^o. Idus Maij.

XXVI. Die Markgrafen Johann und Otto genehmigen einen Tausch des Domcapitels zu Stendal mit dem Ritter Heinrich daselbst über vier dem erstern vom Markgrafen Albrecht verzeichnete Hufen Landes zu Schadewachten, am 2. April 1229.

In nomine sancte et Individue Trinitatis. Johannes dei gratia marchio Brandenburgensis et Otto frater ejus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Inter dilectos nostros capitulum sancti Nicolai in Stendale et Henricum militem eiusdem loci mediante Johanne preposito de Saltwedele talis habita est forma compositionis, ut pro quatuor mansis in Scadewachten, quos pater noster Albertus marchio, pie in christo memorie, in privilegio suo eidem ecclesie recognoscit, prefatus h. miles alios quatuor mansos iacentes in eodem campo in eo loco, qui Gruninge dicitur, cum omnibus suis pertinentiis in concambio iam dicte relinquat ecclesie libere possidendos. Nos igitur eandem compositionis formulam approbantes et pro bono pacis ratam habentes pro nostra nostrarumque salute omne jus, quod in eisdem mansis, quos in concambio memorata recepit ecclesia, hactenus habuimus, liberaliter conferimus ecclesie sepe dicte. Huius rei testes sunt Johannes prepositus de Saltwedele, hildebrandus sacerdos curie nostre henricus pincerna, Albertus de Niendorp, henricus de woldenhake, Alardus de Arnem, Gerardus de Kercowe, wernerus de Arneborg, fridericus Balistarius, Jordanes frater suus et alii quam plures. Ut autem hec nostra donatio firma maneat et inconuulsa et ne quis eidem ausu temerario valeat contraire, Presentem paginam inde conferibi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Actum apud Tangermunde, Anno Gratie Millesimo Ducentesimo vicesimo nono, Quarto Nonas Aprilis.

XXVII. Nochmalige Bestätigung desselben Tausches, vom 28. August 1229.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes, dei gratia marchio Brandenburgensis, et Otto frater ejus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Inter dilectos nostros capitulum sancti Nicolai in Stendal et Henricum, militem ejusdem loci,

mediante Johanne praeposito de saltwedele talis habita est forma compositionis, ut pro quatuor mansis in scadewachten, quos pater noster Albertus marchio pie in Cristo memorie in privilegio suo eidem ecclesie recognoscit, prefatus Henricus miles alios quatuor mansos jacentes in eodem campo, in eo loco qui Gruninge dicitur, cum omnibus suis attinentiis in concambio jam dicte relinquat ecclesie libere possidendos. Nos igitur eandem compositionis formulam approbantes et pro bono pacis ratam habentes, pro nostra nostrorumque salute omne jus, quod in eisdem mansis, quos in concambio memorata recepit ecclesia hactenus habuimus, liberaliter conferimus ecclesie sepe dicte. Hujus rei testes sunt Mychael decanus, Godefridus custos, Henricus, Conradus, Reinwardus, canonici sancti Nicolai in stendal, Laici Henricus pincerna, Albertus de Niendorp. Johannes gans, Thegenardus advocatus in saltwedele, Henricus de stendal, Werner de arneburch, Gernandus junior, Gifelbertus de cimiterio, civis in stendal, et alii quam plures. Ut autem hec nostra donatio firma maneat et inconvulsa et ne quis eidem ausu temerario valeat contraire, presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Actum in stendal, anno gratie millesimo ducentesimo vicelimo nono, quinto kalendas septembris.

XXVIII. Der Konvent des Klosters Arendsee verkauft dem Domstifte Besitzungen in Wolterslage und Stendal, im Jahre 1232.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit universis presentem paginam inspecturis, quod nos Henricus prepositus, Conegundis priorissa, Hermegardis custos, Hildesuin- dis scolastica, Margareta de Kercow cameraria, Adelheidis de mejortha, christina de stendal et soror sua helwigis totumque capitulum in arnse, vendidimus ecclesie beati nicholai in stendal X. solidos stendalensis monete de censu nostro, quem habuimus in Wolterslage in festo beati Martini annuatim persolvendos et IX. solidos et I. denarium eodem die annuatim dandos, quos habuimus in stendal in censu de quibusdam areis eiusdem ville subnotatis. Fecimus autem huiusmodi venditionem propter ecclesie nostre necessitatem et utilitatem, villam noide nobis vicinam et magis utilem comparantes. Aree autem in stendal, de quibus census IX. solidorum et unius denarii, ut prescriptum est annuatim canonicis de stendal persolvetur, sunt iste, Domus Johannis de Haeringen VI. denarios, Proxima domus domine cristine VI. denarios, domus domine hermegardis, que fuit uxor bertoldi VI. denarios, domus Arnoldi pagdrageri ibi vicina VI. denarios. Item juxta domum predictae hirmegardis unum macellum solvit I. denarium. Item domus ibi juxta, ubi stupa fuit, II. denarios. Item uxor henrici nudipedis de terra, quam habet extra civitatem IX. denarios. Item due domus walteri thunegel III. denarios. Item proxime due domus puerorum de colecamp III. denarios, Item ultra plateam domus, que fuit hernesti pellificis III. denarios, Item proxima domus III. denarios. Item domus quedam ante portam versus arnburch II. denarios, Item dominus waldolfus de area, quam habet foris civitatem juxta eandem portam arnburgensem VI. denarios, Bernardus de gardelege de domo sua VI. denarios, Bona, que fuerunt cristiani carnificis, II. solidos, Rudolfus de vchten et pueri fratris sui de duabus domibus XIX. denarios. Ut autem hec venditio et huiusmodi contractus ratus et inconvulsus semper permaneat, nos hanc membranam super hoc editam sigilli nostri munimine fecimus corroborari. Testes sumus et sunt sorores predictae et alie de capitulo nostro et fratres ecclesie nostre. Godefridus, hemunt, Ezzelinus et vicarii ecclesie nostre Nicholaus, Henricus, Petrus sacerdotis, Mychael decanus,

Henricus de Kercow concanonicus suus et alii concanonici stendalenses et layci quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXXII°.

XXXIX. Das Capitel beurkundet eine ihm von dem Domherrn Mag. Reinward gemachte Schenkung, im Jahre 1235.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. M. dei gratia decanus totumque capitulum in Stendal omnibus, qui hoc scriptum inspexerint deum in omnibus et super omnia diligere et ipsi totis uiribus semper adherere. Notum esse uolumus uniuersis, tam presentibus quam futuris, quod magister Reinwardus, sacerdos et frater et concanonicus noster, ortum et dimidium iacentes extra portam arneborch, soluentes annuatim XXXVI. solidos, partim in restaurationem cuiusdam aree claustralis, partim pro sua suorumque salute, ecclesie nostre ad prebendas dominorum nostrorum coram communi placito ciuitatis super serinium et reliquias beati nicolai liberali collatione donauit sub eo tenore et forma, ut ipse toto tempore uite sue uel alia persona, de qua sibi complacuerit, easdem possessiones plenarie in sua habeat potestate et fructus earundem integraliter percipiat, post mortem uero ipsius tantum sola habebit persona, cui ipse in morte sua uel etiam ante, si sibi expediens uisum fuerit, easdem cum fructibus suis uoluerit assignare. Nos igitur, predicti fratris nostri beneficii ingrati esse nolentes, pie petitionis sue uoluntati in hoc unanimiter ac concorditer consensimus, ut III°. anniuersarios uidelicet ipsius et aliorum trium amicorum suorum scilicet patris sui et matris sue et cuiusdam persone religiose, hese nomine, secundum consuetudinem ecclesie nostre in uigilia et in missa pro defunctis perpetuo peragamus: annuimus et in hoc petitioni sue, ut in die dominica prima ante ebdomadam communem in sero uigiliam et in mane missam pro defunctis in memoriam omnium fidelium defunctorum sollempniter celebremus. In hujus rei testimonium et fidele monumentum hanc litteram inde conscriptam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XXXV. temporibus canonicorum, quorum nomina sunt hec Michahel decanus, Arnoldus scolasticus, Godefridus custos, henricus episcopus, Guntrammus, Conradus de bvch, Bernwardus, Conradus de sandowe, henricus, Rodengerus, Baldewinus.

XXX. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Domstifte Gebungen aus dem Ruthenzinse in Stendal, am 21. Juli 1236.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et otto, dei gratia marchiones brandenburgenses — zelo pie devotionis accensi, ob amorem retributionis superne, ecclesie beati nicolai in Stendal VI. talenta de areis ipsius oppidi liberaliter et de mera contulimus uoluntate. Vt autem hec nostra donatio tam a nobis, quam ab heredibus nostris firma et stabilis obseruetur, presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes Johannes gans, Albertus de njendorp, Albertus de zpandou, Heindenricus Hafardus, Henricus de bellinge, Herwicus de welle, Arnoldus wagerus, Fredericus, Georgius marschalcus, Hejnricus de snakenburg, Hermannus de tornowe, Georgius de dalhem,

Heinricus episcopus, Heinricus de nowen et magister Rogerus, canonici stendalenses, Fridericus et Ludolfus, capellani. Actum anno dominice incarnationis millesimo CC°. XXXVI°. Datum Tangermunde in viridario juxta capellam, mense julio, undecimo Kalendas augusti.

XXXI. Markgraf Otto bestätigt dem Domstift die von Albert und Conrad Valien erhaltenen Besitzungen in Nahrstädt, am 30. Septbr. 1247.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto dei gracia Marchio Brandenburgensis, — declaramus, quod quidam fideles nostri Albertus et Conradus fratres dicti valien, milites, prefatis Stendaligenſis ecclesie Canonicis de nostro bene placito pariter et consensu vendiderunt pro sexaginta marcis argenti de proprietate sua, quam habebant in villa Nordstede, septem Mansos proprietatis titulo pariter cum aduocacia, sicut et ipsi fideles nostri eosdem mansos habebant, ab ipsa ecclesia in antea perpetuo possidendos. De quibus uidelicet septem mansis, septimo eorum inter Cottatof diuiso,*) solvuntur Annuatim septem chori siliginis, sex sexagene ouorum et due sexagene pullorum insuper et talentum unum denariorum in censu. Ne igitur super hac emptione simul et assensu nostro cavillosa queat processu temporis rimula inueniri, presentem paginam super eo conscriptam Sigilli nostri fecimus appensionibus insigniri, nos ipsos in huius facti testimonium trahentes, una cum fidelibus nostris Wilkino de Tornowe, Gerardo de Kercow, Wasmodo de hekelingen, Alberto de bentvelde, Bernardo de Nordste, Johanne de luderiz, Alberone et Waltero curie nostre Marscalcis, militibus, Johanne dicto de vngelingen tunc aduocato in Tangermunde, Johanne et Heinrico Curie nostre Notariis et aliis quam pluribus tunc presentibus. Acta in Arneburg, Anno incarnationis Domini M°. CC. XLVII. pridie Kal. Octobr. quinte indictionis.

XXXII. Paps Innocenz IV. befreiet das Domcapitel von der Verpflichtung, in Folge päpstlicher Provision Personen zu Domherren aufzunehmen, am 18. August 1248.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Preposito et Capitulo Stendalensis ecclesie, halberstadenſis diocesis, ad Romanam ecclesiam. ut dicitur nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut asseritis, tres ad mandatum nostrum receperitis in Canonicos et in fratres et alias ecclesia uestra adeo canonicorum numero sit grauata, quod de ipsius prouentibus non possunt commode sustentari; nos uestris precibus inclinati, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut de cetero ad receptionem uel prouisionem in beneficiis ecclesiasticis uel pensionibus per litteras apostolicas non teneamini alicuius, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum lugduni XV. kal. Septembris, pontificatus nostri anno Sexto.

In der Urschrift diuiso.

XXXIII. Das Capitel zu Lutter verkauft dem Domstift zu Stendal seine Hebungen aus Groß-Möhringen und Tornow, am 10. October 1253.

L. dei gracia abbas, Totumque capitulum ecclesie luttrensis — protestamur, quod nos bona omnia, que ecclesia nostra habuit in magno Moringen, videlicet XXXVIII. solidos, et in Tornowe IX. solidos Monete Stendaliensis et omnia alia jura in predictis locis uendidimus Preposito Decano, Totique capitulo Stendaliensi pro XX. Marcis Magdeburg. argenti, hac condicione adiuncta, si deesset in summa predicta, secundum proporcionem deesset et in precio pretaxato. Acta sunt hec in ecclesia Moringen, anno domini M. CC. LIII^o. proxima Sexta feria ante festum beati Galli, Presentibus Jacobo decano, Johanne de Schenekowe, Engelberto de Dernewitz sacerdotibus, Item Vlrico et Brunone villico, laicis, et aliis quam pluribus eiusdem uille ciuibus.

XXXIV. Bischof Volrad von Halberstadt fordert, unter Verheißung eines Ablasses, zu Beiträgen zu der begonnenen Erweiterung der Domkirche zu Stendal auf, am 24. Sptbr. 1257.

Volradus dei gratia Halberstadenſis ecclesie Episcopus, vniuersis christi fidelibus, ad quos presens littera peruenerit, salutem in domino ihesu christo. Cum — fideles christi, decorem domus domini diligentes, ecclesiam beati Nicolai piissimi confessoris in civitate Stendale ampliari coeperint opere sumptuoso et ad perfectionem ipsius proprie sibi non suppetant facultates, vniuersitatem uestram monemus, rogamus et in domino exhortamur, nichilominus uobis in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus de bonis a deo uobis collatis ad perfectionem predicti operis elemosinarum uestrarum grata subsidia conferatis, ut per hec et bona, que domino feceritis inspirante, possitis ad eterne beatitudinis gaudia feliciter auctore domino peruenire. Nos vero de omnipotentis dei misericordia nec non beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confisi, omnibus, qui ad predicti structuram monasterii suas elemosinas fuerint elargiti, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer indulgemus, presentibus usque ad consummationem operis et non amplius ualituris. Datum in campis apud hamersleue, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, VIII. Kalendas octobris, pontificatus nostri anno secundo.

XXXV. Bischof Volrad von Halberstadt giebt dem Dechanten des Domcapitels zu Stendal die Vollmacht, die Excommunicatonsentenzen wider die Beschädiger der Stiftsgüter zur Vollstreckung zu bringen, am 12. October 1258.

Wlradus, dei gratia Halberstadenſis ecclesie episcopus, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in cristo ihesu. Cum in dedicatione ecclesie stendalgenſis excommunicationis sententiam protulerimus in omnes eiusdem ecclesie bonorum inuafores, decano, qui pro tempore fuerit in eadem ecclesia, auctoritate presentium indulgemus, ut in eos, qui bona eiusdem ecclesie inuaserint, dictam nostram sententiam exequatur, ipsos excommunicatos denunciando, canonica monitione premissa. Datum stendal, Anno domini M^o. CC^o. LVIII^o, III^o. Idus octobris, pontificatus nostri anno quarto.

XXXVI. Das Capitel zu Stendal erweist gegen den Bischof von Halberstadt seine in Abrede gestellte Immunität, am 28. August 1266.

Magister theodericus et magister iohannes de neindorp, Rodolfus de erpiz et Bartoldus, canonici sancti Sebastiani in magdeburch, omnibus presentem litteram inspecturis salutem in salutis auctore. Cum inter venerabilem patrem dominum Wradum halberstadensem episcopum ex una, et Decanum ac capitulum stendaliensis ecclesie ex parte altera, super exemptione, qua dicta ecclesia exempta est, questio uerteretur, tandem de communi partium uoluntate processit, ut dicto domino episcopo uel aliis ab eo deputatis exemptionis priuilegium, quo dicti Decanus et capitulum gaudent, exhiberetur in domo fratrum predicatorum in magdeburch inspiciendum, die uero ad hec constituta, domino hermanno de cruceburch scolastico et domino Bertoldo de clettenberge canonicis halberstadenfibus et magistro iohanne pro parte dicti episcopi ad hec deputatis, placuit ut inspectio, que per eos fieri deberet in domo fratrum predicatorum fieret in ecclesia nostra propter festum beati augustini, quod tunc apud dictos fratres sollempniter agebatur, quod pars decani et capituli stendaliensis ecclesie acceptauit. Nos uero ad petitionem dictorum decani et capituli vna cum predictis honorabilibus uiris hermanno scolastico, B. de clettenberch scilicet et magistro iohanne priuilegium, quo ecclesia stendaliensis exempta est, inspeccimus et diligenti examinatione premissa inuenimus ipsum in prima figura, non cancellatum, non abolutum nec aliqua parte sui uiciatum bulla, filo, stilo — et carta integrum per omnia et perfectum. In cuius facti testimonium presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas. Sane ne de dicti priuilegii tenore in posterum valeat dubitari, nec iterato dicti decanus et capitulum sub aliquo periculo ipsum exhibere cogantur, ad supplicationem ipsorum dictum priuilegium de uerbo ad uerbum referibi fecimus et inuenimus in hec uerba. (Hier folgt die oben unter Nr. II. mitgetheilte Bulle des Papstes Clemens vom 29. Mai 1188.) Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. LXVI^o. V^o. kalend. septembris in ecclesia beati sebastiani in magdeburch, Missis presentibus domino bartoldo decquene et magistro herberto canonicis sancti sebastiani, domino herico de gaterfleue, domino arnoldo cornice et domino ludolfo canonicis sancti nicolai, et domino Th. de ponte uicario eiusdem ecclesie, sub priore fratre Friderico de oluenfede ordinis predicatorum magistro Willekino de brandenburch et aliis quam pluribus probis uiris.

XXXVII. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad incorporiren die Kirche zu Neuendorf der Kellerei des Domcapitels, am 6. Dezbr. 1270.

In nomine domini amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gracia Brandeborgenses Marchiones — in honorem dei omnipotentis et gloriosissime uirginis Marie, Beati Nicholai et sancti Bartolomei jus patronatus Ecclesie in Niendorf ipsi stendalensi Ecclesie donauimus perpetuo possidendum Ita, ut dicta Ecclesia in Niendorf Cellerarie dicte stendalensis Ecclesie apponatur, ut is, qui pro tempore officio predicto in eadem presuerit Ecclesia, ipsi Ecclesie et personis inibi deo deseruientibus perfectius et commodius valeat deseruire et ob hoc anniuersarius patris et matris nostre necnon nostri vxorumque nostrarum in eadem Ecclesia, cum diuina iubente clementia ab hac uita discesserimus, debbit perhenniter obseruari. Et ut hec nostra laudabilis donatio perpetuo et inuolabiliter obseruetur, presen-

tem litteram ex certa nostra conscientia dari fecimus, sigillorum nostrorum appensionibus roboratam, adhibitis Testibus ydoneis, domino Adam dicte Stendalensis ecclesie preposito et Rodolfo eiusdem Ecclesie Canonico, clericis, Anhelmo de Blanckenborch, Bertrammo de bentz, Johanne de Wozftrowe, Bolcone pincerna et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum in Merica Turglowe, Anno dominice jnc. M^o. CC^o LXX^o. VIII ydus Decembris.

XXXVIII. Vergleich zwischen den Vorständen der Stadt Stendal einerseits und dem Domcapitel andererseits über die Steuerfreiheit der domherrlichen Curien, vom 7. Jan. 1272.

Johannes de hac aduocatus, Scabini, Consules et vniuersitas burgensum in Stendale. Notum fieri uolumus, tam modernis quam posteris christi fidelibus vniuersis, quod nos ex deliberato consilio pro bono pacis et concordie cum honorabilibus uiris decano et capitulo Stendaliensis ecclesie talem formam inuimus vnionis, quod nos decem curias uidelicet aream prepositure, curiam Alberti decani, curiam prepositi Johannis Repinensis, curiam Magistri heinrici Duferi, curiam Magistri Alberti de Snetlinghe, curiam Arnoldi de dequede, curiam Johannis plebani, curiam Godefridi Flasmegeri, curiam Frankonis Scolastici, curiam Rodolphi cellerarii dotales pro prepositi decani et canonicorum, qui pro tempore fuerint, usibus liberas perpetuo et ab omni exactione et iure ciuitatis solutas duximus dimitendas, ut nullus ex nobis aut aliquis ex nostro consilio uel mandato in iam nominatis curiis presumat aliquid statuere, disponere aut aliquo modo ordinare. Sed quoniam de duabus curiis ex predictis uidelicet de curia nunc prepositi Johannis Repinensis et de Curia domini Frankonis nunc Scolastici nos nomine ciuitatis tempore exactionis solebamus petere, tamquam juris nostri essent, quatuor Solidos exfoluendos, nos tali exactioni omnimode perpetuo renunciamus. Insuper tribus curiis ex predictis decem, uidelicet aree prepositure, curie nunc Magistri heinrici duferi et Curie Rodolphi cellerarii, plateam infra ipsas Curias et cimiterium sitam unanimiter et liberaliter addidimus, ita ut qui dictas inhabitant curias aut inhabitaturi sunt, ibi edificent sicut suis uiderint usibus expedire. In restaurum uero omnium predictorum mansum vnum, juxta Niwinkele situm, ciuitatis nostre pascuis adjacentem, de quo nos dictis dominis et ecclesie decem solidos dedimus annuatim, dicti domini nobis et ciuitati liberaliter dimiserunt et cum omni jure perpetuo possidendum, renuntiantes omni juri, quod in dicto manso ad hec tempora habuerunt aut dinoscuntur habuisse, ita quod nec ipsi nec eorum posteri aliquid juris in eodem unquam sibi presumant aut ualeant uendicare. Preterea ut omnis rancoris inter ipsos et nos materia desicidatur, cum dictis dominis Decano et capitulo conuenimus in hunc modum: Si ad ipsos et eorum ecclesiam ex ordinatione testamentorum seu ex alio quocunque casu hereditates alique infra ciuitatem de jure fuerint deuolute, eas infra annum et diem uendent, si eas aliquis decreuerit emere aut pro precio comparare. Quod si fortassis non possent cum emptoribus de precio conuenire, duobus ex canonicis et duobus probis uiris ex nobis talium hereditatum taxacio committetur, ut sub juramenti cautione secundum ualorem debitum taxent eas et pro tanto ementur ille, si eas aliquis uoluerit comparare, alioquin eas ecclesia et domini usque aliquis emptor comparauerit obtinebunt. Acta sunt hec Stendal in ecclesia sancti Nicolai, presentibus uiris ydoneis clericis et laycis infra scriptis Domino Alberto decano, Johanne preposito Repinense, Magistro Alberto de Snetlinghe, Magistro heinrico Dufero, Arnoldo de Dequede, Johanne plebano, Godefrido flasmengero, Ludero, Frankone Scolastico, Rodolpho canonicis,

Domino Johanne de huc aduocato Tangermunde, Johanne filio Gerdangi, Cunrado de Sanne, Rodengero, wecellino filio Gifilberti, Johanne de Rokenze, Jacobo Sclauo, Arnaldo flafmengero, Engelberto filio Nicolai, Scabinis, Wecellino filio Gifilberti, Johanne de Rokenze, Arnaldo flafmengero, Johanne de Thuriz juniore, Cunrado hiddone, Godino de Sludene, Gerdango filio Johannis, bollone, Benzone, bernardo de Gardelege, Gifekino filio Nicolai, Johanne de Jerichov Confulibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno gratie M^o. CC LXXII. VII Idus Januarii.

XXXIX. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereinigen dem Domstifte die von Conrad von Refelde besessenen Güter zu Biesewede, am 15. September 1273.

In Nomine Sancte et individue Trinitatis Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses Marchiones, — de libera uoluntate et consensu fratrum nostrorum ac heredum nostrorum, honorabilibus uiris Domino Alberto Decano et Capitulo ecclesie sancti Nicholai in Stendal uendidimus pro quadraginta quinque marchis argenti brandenburgensis partem uille Bifwede, uidelicet septimum dimidium mansum et quatuordecim jugera, cum omni iure, pertinentiis et pensionibus, pullis, papauere, tritico, siligine, ordeo et auena, et generaliter omnia, que in dicta uilla honorabilis uir Dominus Conradus de Renelde a nobis titulo tenuit pheodali, et ut prefate ecclesie predicta emptio et honorum predictorum possessio stabilis perseueret, presentem eis damus litteram, sigillorum nostrorum munimine roboratam, Adhibentes testes ydoneos, qui huic facto unanimitur assuerunt: Honorabilis uir Dominus Henricus de Grunenberc Canonicus majoris ecclesie Magdeburgensis, Comes Guntherus de Lindowe et suus filius dominus Walterus de arnsten, Dominus Johannes de Krocheren, Dominus Conradus de Snetlingen, Dominus Conradus de Renelde, Dominus Richardus de Bentz, Henricus de Stekelin et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Doffe, Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. LXXIII^o. XVII. Kalendas octobris.

Anm. Band VI, S. 4 ist diese Urkunde nach einer andern Ausfertigung abgedruckt, welche in mehreren Punkten abweicht.

XL. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereinigen der Kirche zu Schinne eine Koffstensehle, am 9. August 1276.

Nos Johannes, Otto et Conradus Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus presentibus publice profitentes, quod Aream colonaream, quam Dominus geuehardus, perpetuus Vicarius Ecclesie in Scinne, edificauit suis sumptibus, damus eidem Ecclesie liberam quiete, pacifice, perpetuo et feliciter dotis nomine possidendam. In cuius rei evidens Testimonium prefens scriptum dari iussimus sigillorum nostrorum Appensionibus Roboratum, adhibitis testibus quorum nomina sunt hec: Albertus Decanus in Stendal, Magister Albertus Prepositus in Leuenwalde, Prepositus Bertoldus in Stolpe, Clerici, Bertrammas de Bentz, Fredericus de Ecstede,

Johannes de Stegelyz, Johannes de Buc, Laicy et quam plures alii fide digni. Datum in Tangermunde, Anno domini M^o. CC^o. LXXVI^o. V. ydus Augusti.

XLI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad verkaufen dem Domcapitel in Stendal Geld- und Getreidehebungen aus Ballersfeldt, am 25. März 1278.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, — de libera voluntate et consensu fratrum nostrorum ac heredum nostrorum Honorabilibus viris domino decano et capitulo ecclesie sancti Nicolai in Stendal vendidimus filiginis et ordeï septem choros et decem solidos denariorum in villa nostra Balrestede sitos pro nonaginta marcis stendalensis argenti, quemlibet chorum pro duodecim marcis argenti et decem solidis pro sex marcis argenti computando, proprietatis titulo perpetuo possidendos. Ut autem prefata emptio tam a nobis quam a nostris successoribus prelibato ecclesie inviolabiliter et perhenniter conseruetur, presentem paginam inde confectam sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Hanco de Irkesfleue et Johannes de Irkesfleue filius suus, Johannes de Crochere, Johannes de Stegelyz, Hermannus de Gardelege, Gerardus et Johannes de Kercow fratres, milites, et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in Tangermunde, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. LXXVIII^o, VIII^o kal. aprilis. Datum per manum domini Johannis de Brunefwich, nostre curie notarii.

XLII. Urkunde über einen dergleichen Verkauf aus dem Dorfe Klein Ballersfeldt, am 26. März 1278.

In Nomine sancte et Individue trinitatis amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones brandenburgenses, — ecclesie sancti nicolai in stendal vendidimus septem choros filiginis et ordeï annuo soluentis et decem solidos denariorum in villa nostra videlicet paruo balrestede utrosque sitos, pro Nonaginta marcis Stendalensis argenti, quemlibet chorum pro duodecim marcis argenti computando, et decem solidos denariorum pro sex marcis similiter estimando, proprietatis titulo liberaliter et perpetuo possidendos. Ut autem prefata emptio etc. — testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: prepositus olricus ruppinenfis noster capellanus, Hanco de irkesfleue, Johannes de irkesfleue filius suus, Johannes de krochere, Johannes de Buc, Hinricus de stendal, Johannes de stegeliz, Hermannus de gardelege, Johannes et Gerardus de kercowe fratres, milites et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in tangermunde, anno dominice incarnationis Milleesimo CC^o. LXXVIII^o. VII^o. kal. aprilis. Datum per manum Domini Johannis de brunefwic Curie nostre Notarii.

Das Original stimmt in den ausgelassenen Stellen mit der vorigen Urkunde überein.

XLIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Domstifte Getreidehebungen aus dem Dorfe Wollenrade, im Juni 1279.

Johannes, Otto ac Conradus, dei gratia brandenburgenses marchiones, — ex mera nostri animi puritate et consensu nostrorum heredum, In honorem dei ac reverentiam sanctorum suorum solemnem, ecclesie sancti Nicolai in Stendal ac personis inibi devote deo famulantibus quinque choros siliginis vendidimus annue pensionis cum proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos: Qui prefati chori quinque siliginis in villa Woldenrodhe sunt positi ac jacentes. Deditimus itaque hos quinque choros cum proprietate predictae ecclesie perhenniter possidendos. Sed ut nostra donatio celebris ac devota per nos ac per nostros successores sine cuiuspiam interpositionis instantia integraliter ac inuiolabiliter obseruetur, predictae ecclesie presentem nostram paginam desuper conditam donari procurauimus sigillorum nostrorum apicibus communitam. Testibus nichilominus, qui presentibus aderant subnotatis, ut domino Johanne de krochere, domino Henningo de kercawe et G. fratre suo, domino hinrico de Wardenberch, domino R. de Redere, domino Ludolpho de Griben, domino Iudekino de Wodensuege et aliis quampluribus circumspectionis ac fidei habitudinibus approbatis. Datum in tangermunde, anno domini millesimo CC° LXXIX°. XII nonas iunii. *)

XLIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Domstift Getreidehebungen aus dem Felde Schadewachten, am 2. Septbr. 1280.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Liqueat tam presentibus quam futuris, quod nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses cum consensu fratrum et coheredum nostrorum, ob spem retributionis eterne, ecclesie beati Nicolai in Stendal liberaliter contulimus proprietatem vnus chori, qui solvitur de manso sito apud Stendal in campo, qui dicitur scadewachten, quem chorum Hinricus audax a nobis tenebat in feodo, sed ob reuerentiam dei et remedium anime sue ad utilitatem dicte ecclesie in manus nostras uoluntarie resignauit: et ne forsitan obliuio nouerea gestorum huius liberalitatis memoriam valeat obfuscare, litteris nostris et sigillis, quod ob remedium animarum nostrarum fecimus, successoribus inuiolandum roboramus. Huius rei testes sunt clerici dominus Orlicus prepositus repinensis, Dominus Aluwardus noster capellanus, Laici dominus Johannes de Retbeke miles, Rotcherus noster camerarius et alii quamplures. Datum Stendal, anno domini M°. CC° LXXX. IIII° nonas septembris.

XLV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Domcapitel zu Stendal von Dieterich von Osterburg erkaufte Zinshebungen in Mezsdorf, am 28. Febr. 1281.

Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, — pateat vniuersis cristi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, quod cum fidelis noster Thidericus de Osterburch vendidisset pro quadraginta et octo marcis quatuor talenta, que a nobis tenuerat In

*) Das in dieser Art nicht zu entziffernde Datum steht im Original deutsch da.

cenſu In villa medeſtorp, Eccleſie beati Nicolai In ſtendal, necnon Concanonicis Inibi diuinis Seruiciis die noctuque ſubigilantibus, nos deuotis precibus ejuſdem fidelis noſtri Inclinati, ex libera animi voluntate ac benigni fauoris proſecutione, eadem quatuor talenta prefate Eccleſie donauimus proprietatis Titulo perpetuis temporibus poſſidenda, Adhibitis nichilominus Teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec Johannes de Stegeliz, Fredericus de Ecſtede, Conradus de Snetlinge, tunc temporis aduocatus In Tangermunde, Johannes de Nowen dapifer Curie, Willekinus de kercow, Johannes et Gerardus fratres de kercow, Gerardus de woſterbuſch, milites, et quam plures alii fide digni. — Actum et datum Tangermunde, anno domini M° CC° LXXXI°, pridie kal. marci, per manum domini Johannis de brunfwig.

XLVI. Pappſt Martin IV. beauftragt den Abt des Schottenkloſter zu Erfurt, den Dechanten zu Stendal und die Aebtiſſinnen zu Quedlinburg und Gernrode der geiſtlichen Gerichtsbarkeit des Biſchofs von Halberſtadt zu unterwerfen, am 13. Januar 1282.

Martinus episcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilecto filio Abbati monaſterii Scoctorum in herfordia Maguntinenſis dyoceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Conqueſtus eſt nobis venerabilis frater noſter halberſtadenſis Episcopus, quod decanus de Stendale ac de Quedelingenborg et de Gernerothe eccleſiarum ſecularium Abbatiffe eorumque Capitula halberſtadenſis dyoceſis falſo afferentes, ſe fore ab ipſius Episcopi iuriſdictione exemptos, dicto Episcopo tamquam ſuo dioceſano obedire ac intendere indebite contradicunt, quamquam aliquod exemptionis priuilegium ſuper hoc non habeant nec oſtendant. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias cauſam et appellatione remota debito ſine decidas, faciens, quod decreueris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. ¶ Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio uel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas ueritati teſtimonium perhibere. Datum apud urbem ueterem, Id. Januarii, Pontificatus noſtri anno primo.

Nach dem Original des K. Provinzialarchivs zu Magdeburg.

XLVII. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem Domſiſte eine Hebung aus Groß-Schwechten, welche Droyſeco und die übrigen Söhne Johann's von Kröchern zu Lehn getragen haben, am 4. März 1282.

Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, — talentum unum, quod a nobis in p̄eodo tenerant in magno Suechten Droyſeco fratresque ſui, filii quondam domini Johannis de crochere clare memorie, ob remedium et ſalutem anime euſdem domini Johannis eccleſie ſancti nicolai in ſtendal et canonicis ibidem die noctuque deo ſamulantibus contulimus proprietatis titulo perpetuis temporibus poſſidendum In cuius rei evidens teſtimonium et cautelam preſens ſcriptum fieri iuſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri, annotatis teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec. Johannes et Buſſo niger de Irekeſfleue, heinricus de Wardenberg, Conradus de Redere, Gerardus de Kercow, et alii quam plures fide digni. Da-

tum Stendal, anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o, III^o nonas marci per manum domini Johannis de Brunsvich.

XLVIII. Dechant und Domherrn bekunden eine Gedächtnißstiftung des Propstes Adam und Pfarrers Heinrich, am 10. Juni 1282.

In nomine domini amen. Nos Johānes decanus, Godeffridus vflamenger, Luderus custos, Theodericus de havelberg cum consensu tocius capituli nostre ecclesie Stendalensis, — protestamur, Quod dominus Adam nostre ecclesie prepositus vna cum domino Johanne plebano in hinrikisdorp connato suo, nostre ecclesie tam in pheodo quam in proprietate propriis sumptibus et expensis comparauerunt in villa Balrestede quatuor choros et dimidium duri frumenti et nouem solidos annis singulis percipiendos, hac tamen conditione apposita, vt quamdiu ambo vel vnus vixerit, predictam integraliter percipiat portionem et de ea ordinet, quidquid sibi placitum fuerit et disponat, Ita tamen quod cum vterque diem clauerit extremum, nos vel nostri successores fide prestita erimus obligati, quod de predicta pensione ordinabimus vnum vicarium ad altare speciale, qui diebus singulis vnam missam dicat pro ipsorum remedio peccatorum et apud deum gratia obtinenda, et ratione inpositionis huius vicarii vicariorum non consueta numerus minuat et idem vicarius sicut alii vicarii choro deferuiat in horis canonicis decantandis. Ordo autem dicendarum missarum talis fideliter obseruabitur: secunda et quarta feria pro defunctis eorum habens in missa memoriam nominatam, Sabbatis de virgine gloriosa diebus aliis misse dicentur secundum canonicas sanxiones. Et quicumque clericus hoc altare sibi vendicauerit, nisi cum collatione presentis littere quamdiu haberi poterit per presentationem decani, qui pro tempore fuerit et capituli, excommunicationis tunc late sententie tam a preposito quam a decano sciat se verissime innodatum, Actum anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o. quarto Idus Junii.

XLIX. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Domstifte Stendal die von den Söhnen des Johann von Lüderiz resignirten Hebungen aus Balerstedt, am 10. Juni 1282.

In nomine sancte et in individue trinitatis Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses liberalitate mera et prouidencia discreta, ob remissionem peccaminum nostrorum, pro diuino cultu auctentando, donamus ecclesie sancti Nicolai in Stendal quatuor choros et dimidium silignis et ordei et nouem solidos in censu in villa balerstede, quos filii domini Johannis de Lüderiz a nobis titulo pheodali possederant et resignauerunt liberaliter, proprietate perpetua possidendos. Et ne aliquis ausu temerario predictam donacionem legaliter ordinatam audeat irritare, canonicis predictae ecclesie presentem litteram sigillis nostris tradimus roboratam, testibus adhibitis, quorum nomina sunt hec: Johannes dictus de Grisenberg, Georgius pincerna, Johannes dictus de Nowen, Hinricus dictus de Bellige, milites, Tidemannus de Osterburg et Drusickinus de Krochere. Datum in Sandow per manum domini Johannis de Brunsvich. Anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o. quarto Idus iunii.

L. Die Markgrafen Otto und Konrad stiften eine neue Pröbende für einen ihnen als Capellan dienenden Domherrn, den 6. Juli 1282.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses etc. — notum esse uolumus vniuersis cristi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, Quod ob salutem et remedium animarum progenitorum nostrorum ac peccaminum, nec non ob cultum diuinum ampliandum, in Ecclesia Stendaliensi vnam prebendam ad alias ordinauimus et fecimus specialem, de unanimi consensu prepositi Decani et tocius Capituli Ecclesie memorate, Dantes ad perfectionem eiusdem prebende proprietatem super talentis viginti et quatuor siue choris in villa Rytheke Siliginis chorum vnum et dimidium, ordeï tantum, Pife tres modios, Cum mensura Brandenburgeris ciuitatis, Denariorum viginti solidos cum decem et octo denariis in vna curia cum omni iure; In villa Polekowe Siliginis chorum vnum, Ordeï dimidium chorum, Auene duos modios, Denariorum septem solidos cum sex denariis et decima minuta in eadem curia cum omni iure; In villa Hefewich Siliginis chorum vnum et dimidium; In villa Bucholte Siliginis duos choros, Ordeï tantum, Denariorum quinque talenta cum quinque solidis et sex denariis; In orientali villa Insele Tritici triginta et quinque modios, Ordeï chorum vnum; In occidentali villa Tritici duos choros et duos modios; In villa Dalem Tritici Nouem modios et dimidium; In villa Ridzowe quindecim solidos denariorum, in Natiuitate sancte Marie. Bona autem predicta erant communia bonis Ecclesie prelibate. Itam prebendam requisito consilio prepositi et Decani, cui nobis placuerit, conferemus, dummodo sit persona ydonea sciencia, moribus et etate: et si contradictores extiterint, illam nichilominus conferemus. Et idem noster prebendarius nullam in Ecclesia habeat prerogatiuam pre aliis canonicis, sed omnia faciat in choro, in capitulo, in obedientiis, in Electionibus et in perceptione fructuum tam presentium quam futurorum, sicuti in Ecclesia a canonicis est haecenus obseruatum, — fruaturque omni gracia, iure et consuetudine, quibus actenus Canonici dicte ecclesie sunt freti et in presenti et in futuro tempore perfruentur. Iste prebendarius manebit noster capellanus et de nostra familia speciali nostraque priuilegia in dicto Ecclesia summa cum diligentia conseruabit. In huius rei euidentiam et in perpetuum testimonium presens scriptum fieri iussimus et sigillorum nostrorum impressionibus communiri, Adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Honorabiles viri Adam prepositus, Johannes decanus presate Ecclesie, Johannes de Brunswich, Alewardus et Johannes de Gardeleghe, primus prebendarius, clerici, Johannes yrekesleue, Fredericus de Ecstede, Johannes de Stegheliz Hermannus de Reder, Zabellus de Plawe, milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum Tangermunde, Anno domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, Secundo Nonas Julii.

Das Original ist durchlöchert.

LI. Dieselben vereignen die von den Rittern von Kerkow erkaufte Hebung zu Schinne, am 18. Jan. 1284.

In nomine domini amen — nos Otto et Conradus, Dei gratia marchiones Brandenburgenses perpetuo presenti pagina constare uolumus christi fidelibus vniuersis, quod nos duos choros tritici, quos canonici Stendalienses de reliquiis et testamento domni Theoderici dicti de Havelbere, quondam eiusdem ecclesie canonici, emerunt in villa Scinne a Johanne et Gherhardo

militibus dictis de Kerkowe pro viginti et sex marcis, damus predictae Ecclesiae et conventui Stendalensi proprietate perpetua possidendos: et ut predictae proprietatis donacio perpetuo maneat in conuulsa, presentes literas predicto conuentui Stendalensi, sigillorum nostrorum munimine tradimus sigillatas. Actum Tanghermunde, anno domini M^o. CC^o. LXXXIII^o, XV. kal. Februarii, Adhibitis testibus, quorum nomina sunt haec: Johannes et Burchardus dicti de Hirckesleve, Johannes dictus de Buke, Theodericus dapifer dictus de Osterburch, milites, et alii quam plures clerici et laici.

LII. Die Markgrafen Otto und Otto vereignen dem Domsifte die von dem Knappen Nicolaus von Sandow resignirten sechs Wispel Getreide aus Holzhausen, am 18. Juli 1284.

In nomine domini Amen. Otto et Otto dei gratia Marchiones Brandenburgenses — presenti pagina pie devotionis affectus nostros, quos ad Sancti Nicolai Stendaliensem Ecclesiam gerimus, quam progenitores nostri fundauerunt et dotauerunt celebritate multiplici declaramus, quorum etiam memoria et anniuersaria celebrantur ibidem, et ut nos tam in vita quam in morte in diuino officio eiusdem gratie efficiamur confortes, predictae Ecclesiae Sex choros dari frumenti in villa Holthuse, quorum vsum fructum pheodalem Nicolaus dictus de Sandowe noster famulus resignauit, damus liberaliter proprietate perpetua possidendos — Testibus ydoneis quorum nomina sunt haec: Nobilis Dominus Wol. de Barboye, Ar. dictus de Jaghowe, Johannes dictus de Kracowe, Johannes dictus de Campo milites; Dominus Heiso dictus de Krachowe, Dominus Siffridus dictus de Walftowe et dominus Nicolaus prepositus in Snakenburg, Clerici et alii quam plures clerici et Layci. Actum Jerichowe, Anno Domini M^o. CC^o. LXXXIII^o, XV^o. Kal. Augusti.

LIII. Vergleich zwischen den Minoriten und den Domherrn zu Stendal wegen des Begräbnisses, vom 15. August 1285.

Nos frater B. fratrum minorum prouincie Saxonie Minister et feruus, necnon frater H. custos brandenburgensis, totusque conuentus fratrum minorum in Stendal, recognoscimus per presentes, compositionem, mediante Jo. lectore magdeburgensi, in causa, que inter nos ex vna et canonicos ecclesie Stendaliensis ex altera parte vertitur, ordinatam, ex communi consensu omnium nostrum et singulorum approbare et eandem inuiolabiliter obseruare. Cuius compositionis forma haec est: Nos in nullo renunciantes priuilegiis nostris seu iuri communi, ex sola gratia et caritatis ac pacis amore, contenti esse uolumus, vt tres procuratores vel procuratrices nostras, quorum vel quarum exprimentur nomina, et hospites in Stendal non habentes domicilium, qui apud nos sepulturam elegerint, necnon intraturos, qui ob amorem et deuotionem nostri apud nos domicilium comparauerint, hoc ipsum decano vel in ejus absentia maiori de ecclesia intimando et tres personas in ciuitate Stendal commorantes preter iam dictas in anno, que forte apud nos sepeliri eligerint, recipiemus

tumulandas parrochiali iure in omnibus salvo, Ita tamen vt priuilegia nostra nullatenus violentur. Modus eligentium sepulturam talis erit. Ipsi petent personaliter vel aliquis ydoneus nomine ipsorum a decano vel in eius absentia a maiori ecclesie consensum, quem sine omni difficultate et ambiguitate adhibituros se spondent. Et iste modus eligendi circa tres tamen personas adiectas seruabitur. De aliis autem scilicet procuratoribus et procuratricibus et hospitibus et intraturis decano vel in eius absentia maiori ecclesie denunciabimur solummodo elogium vltime uoluntatis. Hanc autem amicitiam circa restrictionem tumulandarum personarum nos obseruare inuiolabiliter obligamur et supramemorati canonici nobis circa libertates nostras predicationis scilicet et confessionis et aliorum priuilegiorum nostrorum vice versa caritatem nobis exhibebunt et amicitiam, ita quod in nullo nos in iam dictis libertatibus impedient vel artabunt, sed potius in omnibus promouere studebunt, et nos similiter canonicos in libertatibus seu priuilegiis suis nullatenus impediemus vel artabimus, sed potius in omnibus studebimus promouere. Insuper communionem et orationum participationem in exequiis defunctorum hinc inde obseruabimus, sicut est actenus obseruatum. Et hec compositio pro nobis et nostris successoribus est datione fidei confirmata. Et quicumque in presens uel in futurum de nostris violauerit, Si infra quindenam monitus a parte aduersa non satisfecerit, notam inobedientie se nouerit incurrisse. Pro cuius rei confirmatione presentes litteras canonicis sigillo ministri Custodis et domus stendaliensis tradimus sigillatas. Data Magdeburg Anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. V^o, In assumptione virginis gloriose.

LIV. Das Domstift Havelberg nimmt das Domstift Stendal in seine Bruderschaft auf,
im Jahre 1286.

Honorabilibus uiris et Discretis Domino a. preposito, Domino Jo. Decano Totique capitulo in Stendal Henricus dei gracia prepositus, H. prior Totumque Capitulum Havelbergense cum oracionibus indefessis uere fraternitatis affectum. Cum curacio funeris condicio sepulture pompe exequiarum magis sint solatia uiuorum quam subsidia mortuorum, necessario duximus obseruandum in Corporali disciplina, in Compulsacione signorum, in uigiliis, in psalteriis, in missis, in elemosinis, in oracionibus continuis diem primum, septimum, tricesimum fidelium defunctorum, eorum scilicet specialius, qui se nostris oracionibus commendarunt, licet pro omni gradu Ecclesie rex uirtutum sit fideliter exorandus. Siquidem habita dudum inter Ecclesiam uestram et nostram sincera karitas, ut amplius augmentetur, uestris meritis exigentibus concedimus uobis fraternitatem nostram adeo, ut omnium beneficiorum (sic), que in nostra Ecclesia fiunt et fieri debent, in perpetuum sitis participes et Consortes. Cum autem obitus canonicorum uestrorum nostro capitulo fuerit nunciatus, uobis debitum fraternitatis in uigiliis, in psalteriis, in missis, tamquam vni de nostris, integraliter persoluemus. Vt autem hec fraternitas inconuulsa permaneat, presentem litteram Ecclesie nostre sigilli munimine fecimus communiri. Datum Havelberg, anno graciae M. CC. LXXXVI. Indictione XIII^a concurrente I.

LV. Bischof Volrad von Halberstadt erneuet die von seinem Vorfahr Gardolph dem Domcapitel erteilten Zusicherungen, am 15. April 1287.

In nomine sancte et Indiuidue trinitatis Volradus, dei gratia halberstadenfis Ecclesie Episcopus, Dilectis in christo filiis Jo. Decano sancti nicolai in steyndale ejusque fratribus

tam presentibus quam futuris Canonice substituendis In perpetuum. Inherentes vestigiis antecessorum nostrorum ea, que ab eis roborata sunt, pro libertate ac utilitate vestre Ecclesie, iustis petitionibus vestris annuentes, secundum priorum continentiam Litterarum, dignum duximus, ne obliuio aut vetustas deleat, Innouanda, quarum Litterarum tenor et series extat talis. (Hier folgt die Urkunde vom 28. Nov. 1194 oben Nr. XV.) — Nos etiam sedulis et iustis petitionibus vestris benignum prebentes exauditum dictum priuilegium Innouamus et auctoritate presentium in nomine domini confirmamus et sigilli nostri munimine roboramus. Testes huius sunt hermannus prepositus, Geuehardus cellerarius, Bertoldus de clettenberg, anno de heimbürg, Canonici nostre Ecclesie, et Layci Comes Conradus de Werningerode, Geuerardus de Jerchsem, Ludolfus de hartesrode, wernerus marscalcus noster, Milites, et quam plures alii fide digni. Datum halberstat, anno domini M^o. CC^o. LXXX. VII^o, XVII. kal. Maji, Pontificatus nostri Anno tricesimo quarto.

LVI. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Domstift die von den Gebrüdern von Wegeleben erkaufte Hebungen aus Buchholz, am 8. August 1287.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses — Ad notitiam — universis tam presentis quam futuri temporis deducimus per presentes, Quod cum fideles nostri Dominus Conradus de wegeleue miles et sui fratres bona sua, videlicet duodecim frusta sita in villa Buchholthe, quodlibet frustum pro octo marcis Stendalensis argenti, conventui et canonicis sancti Nicolai in Stendal vendidissent, supplicarunt iidem fratres de wegeleue nobis instantes, quod eorumdem bonorum proprietatem predicto conventui dignemur elargire. Nos igitur eorum precibus favorabilibus annuentes, predictorum bonorum proprietatem ob dei reverentiam et in laudem sue genitricis virginis gloriose prenotate ecclesie et premissis canonicis donamus quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam, Abrenuntiantes universo iuri, quod in iisdem bonis habere actenus videbamus. Igitur ut hec nostra donatio, rite multis presentibus facta, futuris temporibus non valeat calumpniari, presentes litteras fieri iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communicari. Testes huius rei sunt fideles nostri Conradus de Redere, Hinricus de wardeberge, Burchardus niger, Burchardus albus, dicti de Irkeffleve, milites; Johannes prepositus in Friensten et Alwardus prepositus Ruppinerensis, et alii plurimi fide digni. Actum et datum Magdeburgh, Anno domini M^o. CC^o. LXXXVII^o, VI^o. Idus Augusti.

LVII. Die Markgrafen Otto und Konrad bestätigen dem Domstifte mehrere Schenkungen, am 2. Dezbr. 1287.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto et Conradus dei gratia marchiones Brandenburgenses, Volumus — universis christiane fidei professoribus tam presentis quam futuri temporis esse notum, quod nos ecclesie sancti Nicolai in Stendal et canonicis inibi deo famulantibus dedimus proprietatem de octo choris dure annone, quorum quidem chororum quatuor siti sunt in villa magno moringe, duo in villa Belkowe: per dictos sex choros est fundatum unum altare in ecclesia supradicta, ubi dicetur diebus singulis una missa pro salute anime heinrici de rokze et

uxoris sue et suorum successorum, qui dictos redditus comparavit. Preterea duos choros in villa doblin comparavit Idem Henricus pro anniversario suo et uxoris sue feliciter observando: pro dicta autem proprietate quadraginta marcas argenti stendalgenfis protestamur donationis titulo recepisse. Item unum mansum in stendal in antiqua villa, unum talentum et dimidium chorum in villa Scazstede, preterea duos choros et octo modios in villis polkowe et Erksleve, quos dominus Johannes de Gardelege comparavit, Ita quod domini Stendalgenfes recipient octo modios in anniversario fratris nostri Johannis clare memorie, dimidium chorum in anniversario Nicolai Winandi de Gardelege et uxoris sue Christine. Chorum et dimidium recipiet dominus Johannes de Gardelege quamdiu vixerit. Post cuius obitum nostrum et ipsius Johannis de Gardelegen anniversarium observabunt, sic tamen quod in anniversario cuiuslibet chorus dimidius dominis tribnatur. In cuius rei evidentiam presentem paginam nostris sigillis fecimus communiri. Adhibitis testibus fide dignis ut domino Gerardo de Kercowe, domino Borgardo de Ircfleue, Domino Henrico de Wardenberg, Domino Cunrado de Reder, militibus, Domino Adam preposito, Magistro Johanne decano stendalgenfis, et Alwardo preposito Reppinensi, nostre curie notario, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum Tangermunde, anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. VII^o. III^o. nonas decembris.

LVIII. Markgraf Otto entscheidet Streitigkeiten zwischen dem Propste und Capitel, am 9. Febr. 1288.

Nos Otto, dei gratia marchio Brandenburgensis recognoscimus — quod cum honorabilis et discreti viri, dominus Adam prepositus ecclesie Stendaliensis et sibi adherentes ex una parte et dominus Johannes decanus loci eiusdem et canonici sibi adherentes parte ex altera ad sopiendam tocius rancoris et dissentionis materiam, que hinc inde emerferat, in nos tamquam in veros arbitros consensissent et compromississent, Auditis quibusdam eorum privilegiis et diligentius perferutatis virtute arbitrij nobis dati quem ad modum subscriptum est inter premissas personas statuimus observandum. Dominus Johannes decanus tenebit et reget curam ecclesie sub se, et aliarum ecclesiarum curas conventui atinentium committet aliis, prout videbitur expedire. Canonici quoque ecclesie facient decano obedientiam, nec cuiquam alii tenebuntur ad obedientiam preter eum. Verumptamen decanus non exiet a domino Adam preposito quoad vixerit obedientiam nec requiret. Dominus Adam prepositus optinebit bona in Slautiz, ut pote ea hucusque habuit, ad vite sue tempora ex gratia, et ea, que ab iisdem bonis usque nunc sustulit relaxabuntur eidem, nec incusabitur ullo tempore pro eisdem. Prebenda prepositi Ade in absentia sua sibi dabitur integre et complete, ut pote presentis, sed eam per vicarium suum tenebitur deservire et dabitur eidem quod habebit licentiam quod potest abesse cum voluerit et adesse. Canonici quoque omnes debent in ecclesia reuereri dominum Adam prepositum, cum chorum intraverit, ita quod debent eidem assurgere et inclinare et stare quousque se deposuerit, in loco, ubi consueverit residere. Proinde tenebitur idem prepositus eorum placitare forinsecus placita et ecclesie negotia in quantum poterit promovere. Quicumque vero partium supradictarum premissis omnibus per nos ordinatis et arbitratis contravenerit seu quomodolibet ausu temerario violauerit, hic dabit ecclesie Stendalensi predictae quinquaginta marcas argenti Stendalensis et nobis marcas similiter quinquaginta. In predictorum omnium evidens testimonium presentes conferibi

inſimus ſigilli noſtri et eccleſie predictae domini Ade prepoſiti et domini decani appenſione ſigilli decrevimus communiri. Acta ſunt hec in caſtro Tangermunde, Anno domini M°. CC°. LXXX°. VIII°, V°. idus february.

LIX. Das Domſtift Halberſtadt nimmt das Domſtift Stendal in die Fraternität auf, am 12. Mai 1288.

Honorabilibus viris et discretis Domino A. prepoſito, magiſtro Johanni decano, domino L. ſcolastico, totique capitulo in ſtendal, Jacobus dei gratia decanus, H. ſcolasticus, Johannes cuſtos totumque capitulum eccleſie ſancte Marie in haluerſtat — referente domino H. de hartefrode, noſtre eccleſie ſcolastico, audiimus, veſtre congregationis conuentum bonorum operum que in noſtra concedente domino continue fiunt eccleſia deſiderio deſiderare fulcimentum. Nos ut ex radice caritatis alter alterius honora ſupportando legem chriſti impleamus, orationum, vigiliarum, ieiuniorum, elemoſinarum, ac ceterorum bonorum operum, que per nos noſtrosque ſucceſſores ſpiritu ſancto inſtigante peraguntur, vobis veſtrisque ſucceſſoribus participationem, quantum in nobis eſt, concedimus et in fraternitatem plenam ſuſcipimus in hiis ſcriptis. Sed quia vera amicitia eſt beniuolentia in contra paſſis, ut amans ametur, ſupplicamus affectuoſe, quatinus nos et noſtros ſucceſſores, ut hinc inde mutue caritatis vinculo vinciamur, bonorum operum, que apud vos frequenter fiunt, participes faciatis et ſuper hoc nobis veſtras patentes litteras quantocius deſinetis. Datum haluerſtat. Anno domini M°. CC°. LXXX°. VIII°. III°. idus Maij, in noſtro capitulo generali.

LX. Ablaßbrief mehrerer Kardinäle für die Verehrer der St. Nicolai-Kirche zu Hildagesburg, vom Jahre 1289.

Vniuerſis chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis Nos dei gratia Petrus arboreniſis archiepiſcopus, Theobaldus caneniſis, Chriſtianus Sambieniſis — (und noch elf) Episcopi — Cupientes — ut Cappella ſancti Nicolai in hildengeſborech Magdeburgenſis dioceſis, decanatuſ ſancti Nicolai Stendalieniſis annexa, vbi dominus per ſancti Nicolai merita multa operatur miracula, congruis honoribus frequentetur et a cunctis chriſti fidelibus iugiter ueneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis aut infra octo dies confeſſi fuerint, qui ad predictam cappellam in ſingulis feſtiuitatibus ſeu diebus ſubſcriptis videlicet Natiuitatis Reſurrectionis Aſcenſionis et pentecoſtes domini noſtri iheſu chriſti ac in feſtis glorioſe uirginis marie, beatorum Petri et Pauli ac bartholomei apoſtolorum, beati Johannis baptiſte, Johannis et pauli beatorum, Georgii et vicientii märtiris, beatorum Nicolai et Martini confeſſorum, In dedicatione ipſius cappelle et altaris ibidem conſtructi In ſingulis diebus cum peregrini et populus dictam Cappellam deuote uiſitauerint aut cauſa deuotionis acceſſerint uel qui ad fabricam ſeu reparationem uel luminaria ſeu ornamenta predictae cappelle manus porrexerint ſeu in extremis laborantes quicquam facultatum ſuarum legauerint uel quociencumque pias elemoſinas ſuas miſerint uel donauerint, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate conſiſi ſinguli ſingulas dierum quadragenas de iniunctis ſibi penitentis, Dum modo loci dioceſanus ad

id sue uoluntatis prebeat assensum, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentibus scriptis nostra sigilla duximus apponenda. Datum Rome, Anno domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo nono, Pontificatus domini Nicolai III. anno secundo, Indictione tertia.

LXI. Erzbischof Ulrichs von Magdeburg Ablassbrief für die Kapelle zu Hildagesburg, vom 28. April 1290.

Ulricus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, uniuersis christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Gratum obsequium et deo pium totiens impendere opinamur, quotiens mentes fidelium ad pietatis ac deuotionis opera excitamus. Cupientes igitur, ut Cappella sancti Nicolai in hiltegesburgh nostre dyoecesis, ubi dominus per sancti Nicolai merita multa operatur miracula, congruis honoribus frequentetur et a cunctis christi fidelibus veneretur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui etc. (wörtlich wie in der vorstehenden Urkunde bis —) dictam cappellam deuote uisitaerint et causa deuotionis accefferint uel qui manus dicte cappelle porrexerint adiutrices, de omni potentis dei misericordia meritisque gloriose uirginis Marie atque beatorum petri et pauli apostolorum, necnon sancti Mauricii sociorumque eius confisi patrociniis, auctoritate eciam ac nostra, quadraginta dies et karenam de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Confirmantes nichilominus omnes eas indulgentias dicte cappelle ab aliis patribus indultas, et in futurum etiam concedendas. In Cuius rei testimonium presens scriptum duximus sigillandum. Datum Magdeburg, anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. In die uitalis et pamphili, pontificatus nostri anno septimo.

LXII. Das Stift Gramzow nimmt das Stift Stendal in seine Fraternität auf, am 7. Juni 1290.

Honorabilibus uiris, et in Christo reuerendis domino Decano totique capitulo ecclesie Steindaliensis Th. dei gratia prepositus, Johannes prior totusque conventus ecclesie Gramicowensis cum deuotis oracionibus obsequiosam ad omnia uoluntatem. Cum breues dies hominis sint et hec uita fragilis in nobis dinoscatur, ne inimica nobis mors tanquam in nocte ita ueniens quemquam preueniat ad salutis est remedia properandum etc. — Hinc est, quod de uestra uniuersitate de spe futuri boni confisi in fide domini nostri Jesu christi — omnes personas nunc in capitulo uidentes uestre ecclesie et eciam in futuro eligendas et insituendas in perpetuum ad idem, in nostram confraternitatem trahimus per presentes facientes uos et successores uestros in perpetuum et nunc participes omnium honorum, que per personas presentes in ewumque futuros in ecclesia nostra ubicunque hoc fecerint largitoris omnium bonorum ad hoc auxilio uocato, memoriam eciam uestram tanquam confratrum nostrorum in matutinis laudibus, in canonicis horis, in missarum sollempnitatibus, uigiliis et aliis specialibus oracionibus cum elemofinis fideliter faciemus, anniuersarium quoque uestrum et uestrorum in perpetuum, dummodo dies mortis eorum nobis intimetur, tanquam nostri conuocantibus uigiliis, missarum sollempnitatibus, priuatis oracionibus, disciplinis et omnibus bonis operibus sicut poterimus, ut consuetum est, feliciter peragemus. Et nunc petitum munus propter meritum, quod precedit, recipere cupientes,

in domino Jesu, qui omnium reconpensator est in bono, a vobis petimus humiliter et devote, ut in reconpensam confraternitatis vestre suffragia nobis et successoribus nostris detis litteratorie, que pro nobis reddet omnium retributor. Datum in Gramczowe anno domini M^o. CC. XC. VII. idus junii.

LXIII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Domstifte Hebrungen in Göhren, am 9. Juli 1290.

In nomine domini amen. Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses — canonicis stendalensibus et eorum ecclesie ad instantiam fidelis nostri Burgensis Gerdingi de stendal et ob reverentiam dei et sue genitricis virginis gloriose duorum chororum, videlicet unius chori filiginis et unius chori ordei proprietatem, donauimus perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam, Abrenunciantes vniuerso iuri, quod nos in eisdem habere hactenus uidebamur. Sunt autem chori premissi siti in villa Gore, vbi eos idem Gerdingus in antea possederat a nobis cum omni iuris integritate. Ita quod nichil iuris nichil prorsus proprietatis nobis de cetero in ipsis poterimus vindicare. In huius rei evidentiam plenioris presentes fieri decreuimus literas et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes huius rei sunt dominus Hinricus de wardenberg dapifer, Conradus de redere, Tzwlis de Wedele, Burgardus niger de Irkeffleue et dominus Johannes prepositus de Widstoch et alii plures fide digni. Acta sunt hec et data Magdeburgh, Anno domini M^o. CC^o. LXXX^o, in die dominico ante Margarete virginis.

LXIV. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Domstifte einige Hufen und Rechte in Schwechten und Schernickow, am 2 Febr. 1292.

In nomine Domini amen. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses et de Landeberg — ob reverentiam Jesu Christi et sue matris virginis gloriose et ad ampliandum diuinum officium donauimus Ecclesie sancti Nicolai in stendal suoque conventui proprietatem quatuor mansorum sitorum in villa Swechten et proprietatem sex mansorum sitorum in villa Scernekaw et proprietatem decime minute in ipsis sex mansis et proprietatem vecture curruum, quam hunc usque in iisdem sex mansis habuimus, quiete et pacifice proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendam, Abrenunciantes uniuerso iuri, quod nos in ipsis bonis possedimus et eorundem proprietate neque aliquid iuris de ceteris nobis bonis vendicabimus in eisdem. Addicimus preterea quod noster famulus Nappowe dedit nobis pro prefata donacione bonorum triginta talenta denariorum, ut ipsam perpetuo magis gratam et ratam firmiter observemus. In predictorum omnium evidentiam plenioris presentes conferibi iussimus litteras et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes huius rei sunt fideles nostri Conradus de Redere, hinricus de wardenberg dapifer, Buffo niger et Buffo albus de Irkeffleue dicti, Hermannus de Gardelegen, Johannes de Aldenvlet dapifer et hinricus de stegeliz et alii plures fide digni. Acta sunt hec Anno Domini M^o. CC^o. nonagesimo secundo, In purificatione domine nostre virginis gloriose, et datum per manum domini Alwardi prepositi Ruppinentis curie nostre notarii.

**LXV. Die Markgrafen Otto und Konrad bestätigen die Stiftung des Altars des Beichtigers
Maternus im Dome, am 1. Nov. 1292.**

In nomine domini amen. Nos Otto et Conradus dei gratia brandeburgenses et de Landberch marchiones, — ob reuerentiam ihesu christi et sue matris Virginis gloriose et ad ampliandum cultum diuinum, ad altare sancti Materni confessoris atque pontificis, in ecclesia sancti Nicolai Stendale construendum, donauimus proprietatem duodecim mansorum et quorundam agrorum, qui vocantur grevenmarke et duodecim Cottatorum et duarum arearum, octo solidos denariorum soluentium, Et trium mansorum, quos tenet villicus, et duorum mansorum plebano attinentium, In villa Dufedowe, proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendam. Abrenunciantes vniuerso iuri, quod nos in ipis bonis possedimus et eorum proprietati, neque aliquid iuris decetero nobis bonis vendicabimus in eisdem. Quod quidem altare secundum quod deus nobis inspirauerit, cum vacare contigerit, conferimus honesto Sacerdoti vel tali persone, que infra presentem annum poterit et debet in ordinem sacerdotii promoveri. Qui Sacerdos obedientiam Decano faciet et obligabitur ad Missam vnā ad idem altare, diebus singulis celebrandam, et ad omnia iura chori sicut canonicus se habebit, Dormiet in dormitorio canonicorum et religione vtetur eorum et omnibus iuribus et privilegiis tam in morte quam in vita perfruetur eorumdem. In huius rei euidentiam presentem litteram conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Testes huius rei sunt dominus hinricus de Wardenberge, Dominus Conradus de Raedere, Dominus Burchardus niger de Irkefleue, Dominus Hermannus de Gardeleue, milites, nec non dominus Alwardus prepositus Ruppiniensis, Dominus Conradus de Wardenberge, Hinricus de Hertbeke clerici et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec et data Magdeburgh, Anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o, per manum domini Zacharie, nostre curie notarii et cappellani, kalendis Novembris.

**LXVI. Erzbischof Erich von Magdeburg verlegt den Kirchweihstag der Kapelle zu Hildagesburg,
am 30. Mai 1293.**

Ericus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Omnibus Christi fidelibus has litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Pateat — quod cum honorabilis vir Conradus decanus Stendalensis nobis humiliter supplicasset, ut sollempnitatem dedicationis capelle in Hildingeburch, in honore sancti Nicolai constructe, hactenus in dominica qua cantatur iubilate observatam et propter alias dedicationes eadem dominica occurrentes multipliciter impeditam, anticipare curaremus in dominicam, qua cantatur misericordia domini, celebrandam; Nos devotis ipsius precibus inclinati, sollempnitatem huiusmodi dedicationis presentibus anticipamus volentes et nichilominus indulgentes, ut dedicatio predictae capelle in dominica, qua cantatur misericordia domini, annis singulis peragatur. In cuius rei testimonium presens scriptum duximus sigillandum. Datum Magdeburgh anno domini M^o. CC^o. XCIII^o, III^o kal. iunii, pontificatus nostri anno decimo.

LXVII. Das Domstift bekundet die Stiftung zweier Altäre in der Jacobikirche und im Siechen-
hause außerhalb der Stadt Stendal, am 19. Nov. 1293.

In n. s. e. I. T. Amen. A. dei gracia prepositus, Conradus eadem gracia Decanus Totum-
que Capitulum Ecclesie Stendaliensis, Scabini et Consules Ciuitatis eiusdem Omnibus prefencia percep-
turis — cupimus esse notum, quod honorabiles uiri infra scripti duo dotauerunt altaria beneficii tytulo
sub vnus, videlicet vnum in Ecclesia sancti Jacobi in Stendale et aliud ad infirmos extra muros eius-
dem ciuitatis, sex frustorum annuatim prouentibus sublimantes, Quorum reddituum iacent Quinque frusta
in duobus mansis sitis in villa Magna Swechten, quos emerunt a Johanne filio Heysonis cum
omni iure, vtpote ipse eosdem dinoscitur habuisse, Adiectis aliis vt denariis pullis et ouis, De quibus
frustis eidem Johanni Quatuor persoluerunt et quantum Idem Johannes gratis addidit in memoriam sui
et vxoris sue Aleidis et ipsorum omnium amicorum. Ad predictorum quoque manforum empcionem
Conradus decanus antedictus motus pietate contulit XXIII marcas argenti pro sui memoria, patris
sui Hinrici et matris Wendele in honorem sancti Jacobi et in perpetuum solacium Infirmorum. Ad
proprietaem eciam eorundem liberaliter eximendam fraternitas mercatorum et Nauigancium X marcas
dedit — Wilhelmus de Osterren III fertones, Hinricus de Stenuelde I fertonem, Beren-
gerus Storm I marcam, Besta de thuriz et henningus I marcam pro se et Johanne de thur-
riz defuncto. Hec predicta data sunt pro eorum memoriis peragendis. Dictorum vero manforum prop-
rietas XII marcas constitit eximenda. Sextum vero frustum Scabini Stendalienses videlicet Godescal-
cus de Jerchowe, Wilhelmus de mossun, Gherdingus scadewachten, Johannes heysonis,
Ghifeko de scadewachten, Gherardus Flasmenger, Th. Noppowe pro octo talentis
in quadam domo in obitabulo compararunt. Walterus sacerdos eciam addidit pro se et patre suo Jo-
hanne et matre Jutta ortum apud sanctum Petrum soluentem octo solidos annuatim. Sacerdos quo-
que memoratus altaribus deseruiens tollet annis singulis redditus iam predictos, pro quibus dicit annis
singulis vnam missam in Ecclesia sancti Jacobi parrochie et parrochialibus competentem, ita quod ad se-
cundam campanam, que ad matutinas pulsabitur, sit paratus, exceptis omnibus dominicis diebus atque
textis feriis et in sollempnitatibus infra scriptis videlicet Natiuitatis die cristi, Epiphanie etc. — Eorun-
dem etiam altarium collatio ad dominum decanum et canonicum seniore et ad duos scabinos seniores,
qui pro tempore fuerint, perpetuo pertinebit. Memoratus quoque sacerdos scolari deseruienti altaribus
ante dictis de propria pensione dabit VIII solidos annuatim. Memoria autem donatorum in Ecclesia sancti
Jacobi in vigilia sancte Margarete virginis cum vigiliis et missarum sollempniis cum candelis et societate
honorabilium sollempniter annis singulis peragetur. — Testes huius ordinacionis Dominus adam pre-
positus, Dominus Conradus decanus, Dominus Johannes quondam decanus, Luderus sco-
lasticus, Reinerus custos, Alewardus, Johannes passer, fridericus de medestorp, can-
onici, Et scabini superius nominati Consulesque videlicet: Godescalcus de Jerchowe, Wilhelmus
de mossun, Jordanus Flasmenger, Johannes heysonis, Ghiso de scadewachten, Godo-
denekini, Th. de wegeleue, Zabellus futor, Arnoldus de borch, Hinricus de borken,
Hinricus de Offemor, Th. de Sluden et plures — Actum et datum Anno ab incarnatione do-
mini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Tercio, in die sancte Elisabeth vidue.

Nach dem im K. Geh. Ministerial-Archive befindlichen Originale.

LXVIII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Altare St. Stephani im Dome eine Hebung i. J. 1293.

Anno domini M°. CC°. nonagesimo III°. Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones in brandenburg, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod proprietatem III^{or}. frustorum domino Hermanno ad altare sancti stephani in ecclesia sancti Nicolai in Stendal donauimus, vt diuinus cultus ibidem amplius augeatur.

Diese in eigenthümlicher Form ausgestellte kleine Urkunde ist die vollständige Urschrift und von beiden Markgrafen besiegelt.

LXIX. Relation über die von dem Proppste Adam in der Pfarrkirche zu Schinne i. J. 1296 errichtete Stiftung.

Anno domini M°. CC°. XCVI°. Adam prepositus Ecclesie stendalensis in villa Schinne vnum mansum, in quo ius quodcumque emerat proprietatis titulo, vnum chorum dari frumenti pro lumine habendo nocturnali in stendal in camera vicariorum et in dormitorio choralium. Predicto manso tandem desolato et deserto ab Illustri principe Domino marchione Ottone Brandeburgensi persoluta numerata pecunia emit et comparauit, ut predictus mansus accedente auctoritate venerabilis domini Halberstadenfis episcopi dotalis existeret perpetuo parochie dicte ville predicta luminaria ministrando. Et quia vicarius predictae parochie pertinentis ad scolastriam ecclesie stendalensis excolere non potuit, Wernerus, eiusdem ville tabernarius, eundem mansum excolendum suscepit, vt primo percepcionis anno soluat sex modios et filiginis et quintum dimidium modium tritici. Et secundo anno subsequenti vnum chorum orde et anno tercio vnum chorum et dimidium cum quinto dimidio tritici et hoc pacto quasi iure hereditario predictum mansum ab ecclesia stendalensi cum suis heredibus possidebit. Et de hoc pacto soluendo annis singulis omnem hereditatem, quam tempore contractus possidebat, fide media obligauit. Acta sunt hec Advocato existente Nobelino, subadvocato Wilhelmo Sechewich, ville villico in Schinne Thiderico, vicario domini Luderj scolastici ecclesie stendalensis existente Geuehardo. De predicta autem pacta dimidium chorum soluet ad altare beate virginis, integrum chorum ad altare beati thome et de illo choro sunt luminaria ministranda.

Die Urschrift ist an mehreren Stellen durchlöchert.

LXX. Bischof Volrad von Halberstadt bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen, am 26. Februar 1296.

Volradus, dei gratia halberstadenfis ecclesie Episcopus, Dilectis sibi in christo viris honorabilibus et discretis A. preposito, C. Decano Totique Capitulo stendalensis Ecclesie salutem in salutis auctore. — Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, vt donationes honorum seu possessionum a principibus vobis factas pro animarum suarum remedio et salute vestreque Ecclesie commodo et quiete stabilire vellemus; verum cum nos Ecclesiam vestram stendalensem sincero semper affectu pro

secuti fuerimus et ad huc sincerius prosequamur, Racionabilibus vestris precibus annuere cupientes, donationes bonorum vestre Ecclesie factas per dominos Marchiones brandeburgenses seu per alios nobiles aliosve deuotos christi fideles, siue in proprietatibus siue in aliis possessionibus siue in decimis constitute sint, Ratas habemus et gratas, Easque vobis et Ecclesie vestre stendalgeni auctoritate qua fungimur, In nomine domini confirmationis nostre beneficio presentibus stabilimus perpetuo possidendas. In cuius euidenciam vobis presentes nostras litteras duximus concedendas. Sigilli nostri appensione munitas. Datum langenshen, anno domini Millefimo Ducentesimo Nonogesimo sexto, quarto kal. Marcii.

LXXI. Das Domstift kauft von den Gebrüdern Johann genannt Droyfekin und Heyno von Kröchern Besitzungen zu Buchholz, am 14. Nov. 1296.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXVI^o. III. feria post festum beati Martini inter prepositum, Decanum, Magistrum, Jo. quondam decanum, astante capitulo et consenciente, de emptione faciendi bonorum in buchholte ex vna, Jo. dicto droyfekino et fratre eiusdem h. quoad venditionem dictorum bonorum omnimode prout habebant, ex parte altera, talis habitus est tractatus, predictus Jo. dictus droyfekinus et filii ejus vna cum fratre suo h. quecumque bona nomine pheodi possident in predicta villa buchholte, cum dicti domini stendaliensis ecclesie proprietatem siue in breui siue in longo tempore comparare poterint, integraliter resignabunt et medio tempore manutenebunt, conuertentes fideliter in vsum predictorum canonicorum et integraliter, prout ipsis ab officialibus eorundem fuerit nunciatum, in sua tuitione et defensione, prout vmquam fidelius possunt, conseruando veluti si proprius vltibus vsum caperent atque fructum, predicti autem stendaliensis ecclesie canonici predictis fratribus Jo. et hey. persoluent pro quolibet fructo dari frumenti quinque marcas, partem mediam in festo palce proximo nunc venturo, residuam in festo Johannis baptiste proximo nunc venturo. Vt autem dicti fratres Jo. et hey. usque ad comparationem predictorum bonorum proprietatis sub sua tuitione et defensione omni posse suo conseruent predicta bona, sicut actenus seruauerunt, se fide media obligabunt, et dominus Daniel et dominus beteko milites dicti de Wodensuegene vna cum dicti droyfekini filio seniore insuper dictum tractatum predicti milites dicti de Wodensuegene sigillis et litteris confirmabunt. Si autem dicti canonici proprietatem dictorum bonorum nec prece nec precio attingere poterint, predicti fratres Jo. et hey. cuicumque siue quibuscumque predicta bona canonici vendiderint, resignabunt.

LXXII. Das Stift St. Simonis und Judä in Goslar nimmt das Domcapitel zu Stendal in die Theilnahme an seinen geistlichen Verdiensten auf im Jahre 1297.

Honorabilibus viris et prudentibus preposito, decano totique capitulo in Stendale, konradus dei gratia decanus Totusque capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Symonis et Jude in Goslar Cum deuotis orationibus et obsequiis sinxeram in domino karitatem. Licet sacre fidei firmitate non dubitetis, vos vna nobiscum et cum omnibus fidelibus vnum corpus esse in cristo conexum vinculo karitatis et ex eo participes omnium timentium deum et custodientium mandata eius. Tamen humiliter po-

stulantes vos familiarius et specialius communicare bonis, que deo donante per nos fiunt affectum deuotionis vestre laudabilem demonstratis, quem sincera complectimur dilectione et beniuola prosequimur voluntate. Nos itaque vestro pio annuentes desiderio tenore presentium honestati vestre damus fraternitatem et omnium bonorum, que in ecclesia nostra auctore deo fiunt participes vos in domino facimus pure et perfecte, Sicut nos ipsos, qui personaliter et presentialiter in vno sumus collegio Congregati. Datum Anno Domini M. CC. nonagesimo VII^o.

LXXIII. Das Domstift publizirt einen Schiedspruch, wodurch seine Uneinigkeiten mit dem Vicar Herrmann beseitigt sind, am 2. Nov. 1301.

Nos adam prepositus, Martinus decanus totumque Capitulum Ecclesie Stendaliensis, Recognoscimus et tenore presentium profiteur, quod super controuersia, que vertebatur inter Nos ex vna et dominum Hermannum vicarium sancti stephani parte ex altera, compromissum fuit et est in dominum Conradum Rauem dapiferum et in Marscalcum Hermannum et Hinricum de Rochow aduocatum necnon in Gerhardum flasmengerum, in Gysonem et Nicholaum fratres de Scadewachten, qui de dicta controuersia de consensu partium ordinauerunt et statuerunt in hunc modum, videlicet quod dictus Hermannus compararet quatuor frusta duri frumenti in redditibus et proprietate, que percipiet ad tempora sue vite: post mortem vero eius Nos canonici dicte Ecclesie dicta quatuor frusta assignabimus ad altare, quod habuit dominus Johannes de konnigsberg, cuius redditus fuerunt ita tenues, quod exinde sacerdos, qui ibidem celebraret, minime poterat sustentari. Dictus eciam dominus Hermannus et sui successores, qui eiusdem altaris sancti Stheptani fuerint vicarii tenebunt vnum dyaconum et subdyaconum et tres corales de annona in testamento Magistri Johannis de Sandow ad hoc deputata, quartum coralem non tenebunt propter viginti solidos de casis in platea textorum defalcatos: de annona eciam supradicta retenta duplicabit idem Hermannus ministros supradictos vel dominis canonicis de hoc faciet rationem. In cuius testimonium presens damus scriptum, sigillo dicti dapiferi, Gysonis et Gerhardi flasmengeri et Nycholay de Scadewachten in Stendal Ciuium communitum. Actum et datum in Stendal, anno domini M^o. CCCI^o. feria sexta post omnium Sanctorum, per manus domini Zacharie.

LXXIV. Das Domcapitel verschreibt dem Jordan Blasmenger, der jenem die Mühle zu Osteren vermacht hat, die Fraternität am 2. Februar 1304.

In Nomine domini Amen. Nos Martinus, dei gracia decanus, Totumque Capitulum Ecclesie Stendaliensis, Recognoscimus Coram vniuersis publice profitentes, quod Honorabilis vir videlicet Jordanus flasmengere nobis Molendinum suum penes Osteren situm in testamento proprietatis titulo conferens delegauit, de quo integer chorus siliginis annis singulis exfoluetur quatuor in terminis ad hoc specialiter deputatis, videlicet in proximo Pascha sex modii Et in festo sancti Johannis baptiste sex modii, In festo sancti Michahelis sex modii, In Natiuitate domini sex modii. Dimidietatem vero Chori predicti pro anima Margarete quondam uxoris sue nobis contulit et proinde eiusdem Margarete anniuersarius cum venerit annis singulis nobiscum in diuinis sollempniter

peragetur, vtpote pro nostris fratribus vniuersis. Residuam autem dimidietatem dicti chori nobis contulit pro se ipso et vxore nunc Swonehilde: et quando ipsos contigerit in domino feliciter obdormire, eorum memorie et anniuersarii, cum occurrerint, debent nobiscum in diuinis sollempniter celebrari. Nos igitur prefati Jordani fidem et merita, quam circa nostram gessit Ecclesiam, intuentes, eciam quod fides suos cultores dignis semper debeat honorare preconis, sepeditum Jordanum in nostre Confratrem recipimus Ecclesie cum vxoribus memoratis, Largientes eisdem participacionem omnium bonorum, que per Nos nostrosque Confratres vniuersos operari dignabitur clementia saluatoris. Ad removendam autem omnem calumpniam, quam circa ipsam donacionem futuris possit temporibus suboriri, presentes litteras exinde conscribi et sigillo nostri Capituli fecimus communiri. Actum et datum Anno domini M^o. CCC^o. III^o. In die Purificacionis virginis gloriose, Presentibus domino Martino Decano, Domino bertoldo preposito Stolpeni, Domino Zacharia, Domino frederico de Medestorpe Domino Conrado de Haffia et ceteris pluribus fide dignis.

LXXV. Bischof Albert von Halberstadt beruft den Johann Pozlau zu der dritten sich in
Domstifte erledigenden Präbende, am 17. Nov. 1304.

Albertus, dei gracia halberstadensis ecclesie Episcopus, dilecto filio Johanni Pozlau clerico salutem in filio virginis gloriose. Cum ex officii nostri debito, clamore populari excitati, ad obuiandum scandalo electiones plurimas ad vacaturas minus prouide et contra ius in ecclesia Stendaliensi factas, iurisperitorum consilio requisito, cassauerimus imo cassas et irritas nunciauerimus, volentes dicte ecclesie de ministris ydoneis et competentibus, ipsius Ecclesie decani et Capituli consilio ad hoc adhibito plenarie et assensu, prout expedit, prouidere, Tue igitur persone circumstanciis consideratis, quia per nos vita, conuersacione, litteratura aliisque meritis ad optinendum Ecclesiasticum beneficium ydoneus es repertus, tibi, dilecte fili, in Ecclesia Stendaliensi predicta Titulum tertium et prebendam tercio vacaturam auctoritate apostolica et potestate, nobis a decano eiusdemque Ecclesie capitulo predictis specialiter ad hoc tradita et concessa, pure et libere conferimus propter deum, inuestientes te per nostrum annulum de eadem, super quo nostro appenso sigillo presentibus te munimus. Datum Halberstad, Anno domini M^o. CCC^o. III^o, V^o. kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

LXXVI. Das Domstift beurkundet die Stiftung eines Altars durch den Domherrn Friedrich
von Mehdorf, am 1. Jan. 1306.

In nomine domini amen. Meynardus dei gratia prepositus ac Martinus eadem gratia Decanus totumque Capitulum ecclesie sancti Nicholai in Stendal vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Cum omnium habere memoriam etc. — Hinc est quod tenore presentium publice protestamur, Quod cum vir Discretus Dominus fredericus de Metztorp, quondam noster Concanonicus, felicitis Recordationis et memorie, in vltima sua voluntate se sentiens moriturum, ad constructionem seu fundationem cuiusdam altaris in nostro conuentu quandam summam pecunie deputaret, videlicet Sexaginta marcas argenti Brandenburgensis et eiusdem ponderis, Nos de assensu Suorum Testatorum virorum discretorum, vtpote domini petri nostri plebani et domini alberti nostri vicarii et domini hinrici de Sancto Spiritu ac aliorum fide

dignorum, maturo consilio hoc argentum nobis vendicauimus, Ipsum nostris vñibus conuertentes. Pro eodem argento donauimus et assignauimus Sex choros Tres Siliginis et Tres ordeï in villa et proprietate nostra Rokem sitos. Ibidem enim Johannes vocatus Rokez de duobus mansis et post eum sui heredes dabunt quolibet anno in festo Martini chorum et dimidium Siliginis et chorum et dimidium ordeï, Item Arnoldus quidam in eadem villa in eodem termino et post eum sui heredes de duobus mansis dabunt chorum et dimidium ordeï, Item Arnoldus quidam in eadem villa in eodem termino et post eum sui heredes de duobus mansis dabunt chorum et dimidium Siliginis et chorum et dimidium ordeï ad predictum altare liberaliter et perpetuo, a dicti altaris vicario, qui pro tempore fuerit, pacifice possidendos. Si vero predictus vicarius predicti altaris in solutione predictorum chororum in festo Santi Martini fuerit casualiter prepeditus, Extunc noster tunc celerarius aut eius Nuncius, Si opus est, Sicut alios nostros Redditus, per ablationem pignoris extorquebit dictos choros. Addicimus etiam, quod Subditi predictorum chororum prefati et eorum successores, qui eos soluent annuatim, nichilominus manebunt sub protectione nostra et nostre Ecclesie, Ita quod eos tuebimur et fouebimus in eorum necessitatibus fide tota: preterea idem vicarius qualibet Secunda feria et quarta feria dicet Missam pro defunctis, nisi in festis. Aliis vero in Septimana diebus prout Sibi ex deuotione occurrerit dicet missam. Attamen si plebanus nostre Ecclesie eum Rogauerit necessitate ingruente Missam, vbi plebano placuerit et parrochie conuenit Missam beniuole celebrabit. Et hic vicarius ex iussu plebani nostri confessionem audiet oportuno tempore, Sicut in aduentu domini et in Quadragesima et Rogatus sine contradictione Jura parochialia exercebit. Ceterum obuentiones et oblationes ad predictum altare quocumque modo prouenientes sine omni diminutione plebano et dominis integre presentabit. Item idem vicarius Cameram seu dormitorium vicariorum et chorum sicut alii more solito deuotius obseruabit. Et nos predictum altare Semper, cum vacare continget, liberaliter conferemus. In huius euentiam prefens damus scriptum Sigillo nostri capituli Roboratum. Huius rei Sunt Testes Bertholdus prepositus Stolpensis, dominus zacharias, dominus Johannes plebanus Sancte marie, dominus Johannes de vincelberge, Magister woltherus, hinricus plebanus Sancti Jacobi, Clerici, Thylemannus et Nicholaus fratres de Scadewachten et Radolphus Ecclesie vitricus Lagyci et quam plures alii fide digui. Actum et datum in Stendal, anno domini M^o. CCC^o. VI^o. in die Circumcisionis domini, per manus predicti domini zacharias.

LXXVII. Schiedspruch wegen des Rangverhältnisses der Domherrn, vom 26. März 1306.

In nomine domini Amen. Nos Martinus, Stendalensis Ecclesie Decanus, Electus arbiter seu arbitrator in causa et controuersia que vertitur et vertebatur inter discretos viros dominum Zachariam ex parte vna et dominum Johannem de vincelberge ex parte altera, stendalensis ecclesie Canonicos, videlicet de stallo in choro et quis alium precedere debeat Legendo et Contando vt canonicus, et in processionibus precedendo, In premiffis et singulis premifforum de plano sine strepitu iudicii et figura examinare, cognoscere, partes ad audiendum sententiam seu preceptum conuocare, pronunciare et diffinire, prout nobis consciencia dictauerit Secundum consilium sapientum. Auditis igitur et intellectis et examinatis parcium iuribus, deliberacione prehabita diligenti, pro bono pacis et concordie, ex vigore compromiffi predicti, christi nomine iuuocato, Laudamus, ordinamus, arbitramur, diffinimus, dicimus atque precipimus, quod dominus Zacharias predictum dominum Johannem debeat precedere in processionibus vt canonicus, Legendo et cantando. Quum autem inter predictos contro-

uerfia erat de iure communi et confuetudine eccleſie ſpeciali, dicente domino zacharia, ius commune eſſe pro eo videlicet, quod qui per permutacionem intrat aliquam Eccleſiam conuentualem uel collegiatam, vltimus debeat eſſe in hiis, que requiruntur tam in proceſſionibus, quam in choro: dicente domino Johanne de vincelberge huic iuri communi per confuetudinem eccleſie ſtendalgenſis eſſe derogatum. Nos igitur diſcretorum videlicet domini Bartoldi prepoſiti in ſtolp et canonici in ſtendal, nec non diſcreti viri domini Conradi dicti de Nyendorp, quondam ſtendalgenſis decani examinatis conſcienciis, non inuenimus confuetudinem eccleſie in aliquo eſſe comprobata, que iuri communi poſſit uel debeat derogare. Laudamus, ordinamus, arbitramur, diffinimus dicimus atque precipimus, de iure communi et ſtatu Canoniorum ſtendalgenſis eccleſie nunc ſpeciali, quod omnes illi, qui per permutacionem Canonicatum ſeu prebendam ſtendalgenſis eccleſie intrauerunt uel intrabunt in futurum, ius commune obſeruabunt Ita, qui prius per permutacionem Canonicatum ſeu prebendam eſt adeptus, prior in capitulo et in choro, et ſic deinceps prout ſecundum ordinem intrauerunt. Inſuper recognoſcit Theodericus de Luderez, ſtendalgenſis eccleſie canonicus, quod licet ipſe prius eccleſiam ſtendalgenſem intrauerit per permutacionem, prebendam et canonicatum ſit adeptus, Tamen ob reuerenciam dicti domini Johannis de vincelberge ei concedit de gracia ſpeciali, quod priorem locum habeat, quam ipſe, tam in capitulo quam in choro. In cuius rei teſtimonium Nos Meynardus prepoſitus, Martinus Decanus Totumque capitulum eccleſie ſtendalgenſis figillum capituli noſtri preſentibus duximus apponendum. Acta ſunt hec Anno domini M^o. CCC^o. VI^o. VII^o. kalendas Aprilis.

LXXVIII. Biſchof Albert von Halberſtadt beſtätigt die getroffenen Wahlen von Domherrn,
am 2. Mai 1306.

Albertus, dei gratia epiſcopus Eccleſie halberſtadenſis, — viris honorabilibus Meynardo prepoſito ac domino martino legum profeſſori Decano totique capitulo eccleſie ſtendalgenſis. — Honeſtatis veſtre dilectioni cum graciaram actionibus inclinamus ſpecialiter ſuper eo, quod preces noſtras, quas vobis pro bertrammo ſcolare, filio viri honeſti, ſpecialis noſtri Weneri de hildenſem, cuius in Magdeburg, nuper direximus, dignabamini benignius exaudire, non ex iure, quod uel noſtri predeceſſores epiſcopi eccleſie halberſtadenſis ſibi in hac parte poterant vendicaffe vel nos nobis vendicare poſſimus, ſed ex mera veſtra beniuolentia pariter et fauore, et tanto amplius, quanto dictum noſtrum electum aliis veſtris nuper cum ipſo electis preponere curauiftis, quod apud eccleſiam ueſtram et perſonas eccleſie liberaliſſime volumus promereri: preterea rationabilibus veſtris precibus nobis pro confirmatione electionum predictarum per vos nuper celebratarum vt predicatur annuentes, ipſas electiones ratas habentes, In nomine domini preſentibus confirmamus, Salua etiam ordinatione veſtra de media prebenda in eccleſia veſtra proxime vacatura per vos prouide facta, Cui noſ ex predictis electionibus hac confirmatione nichil prejudicii volumus generari nec eam in aliquibus infirmari. In quorum euidentiam preſentes noſtras literas vobis duximus concedendas, ſigilli noſtri appenſione munitas. Actum et Datum langentſen, anno domini M^o. CCC^o. ſexto, feria ſecunda poſt dominicam, qua cantantur letare Jheruſalem.

LXXIX. Statut, wornach keine Prälatur einem Auswärtigen zu übertragen ist, v. J. 1310.

Nos Meynardus, dei gracia prepositus ecclesie stendaligenis, Martinus decanus nec non totum eiusdem ecclesie capitulum, tenore presencium Recognoscimus publice profitentes, quod matura habita deliberacione ac ecclesie nostre speciali considerata vilitate, nichilominus et communi adepto consensu, duximus in nostro capitulo statuendum, vt omnes prelature vel officiatu, vtpote decanatura, scolastria, custodia, celleraria, in ecclesia nostra deinceps vacatura nulli extra gremium ecclesie, sed tantum aliquibus de canonicorum actu percipiencium numero conferantur, quod statutum nullo obstante inuiolabiliter decreuimus in ecclesia nostra perpetuo obseruandum. Datum nostrum statutum anno domini M°. CC°. X°.

LXXX. Markgraf Woldemar läßt dem Domsliste das Dorf Garlyb der halben Bede frei, am 2. Jan. 1311.

Uniuersis Christi fidelibus, ad quorum noticiam presentis scripti Tenor peruenerit, volumus esse notum, quod Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberch Marchio Tutorque Incliti Johannis, de Brandenburg Marchionis, quod de maturo nostro nostrorumque discretorum consilio, Ecclesie sancti Nicolai in Stendal ac eiusdem Capitulo dimisimus et donando per presentes literas dimittimus Villam, Garlyb dictam, prescise cum medietate precarie perpetuis temporibus possidendam, Ita sane etiam, quod quocumque precaria generaliter seu specialiter in dicta villa sicuti et alias in nostris terris danda per Nos nostrosque officiales ad hoc deputatos promulgando ut est consuetudinis indicetur, tunc Incolis dicte ville vniuersaliter singulis et singulariter vniuersis semper talis precarie medietatis quantitas ex effectu presentis privilegii dimittetur. Proinde dictum Capitulum nobis quadraginta marcas Brandenb. argenti et ponderis in numerata pecunia erogauit. Ne autem huiusmodi nostra donatio per nos rite facta a Nobis et Nostris heredibus, si quos deo disponente procreauerimus, seu successoribus aut quoquam nostrorum officiorum in hac parte, quod absit, malignari volentibus imposterum queat aliqualiter immutari; presentem paginam desuper scribi iussimus et nostri sigilli munimine de nostro consensu et certa scientia roborari, presentibus testibus ydoneis, videlicet nostris fidelibus Borchardo de Lindowe Comite, Nicolao de Buck, Droyfekino de Crochere, Heinrico ac Henningo de Stegelitz, Wedegone de Wedele, Schlothekino nostre Curie Notario, Redekino de Redere, Bernardo de Bück et aliis quam pluribus fidei testimonio decoratis. Actum et Datum in Lieuenwaldj, Anno Domini M°. CCC°. XI°. In Crastino Circumcisionis Domini.

LXXXI. Das Domslist beurkundet die Gründung eines Altars des h. Michaelis in der Domkirche, am 15. Octbr. 1312.

In nomine sancte et individue trinitatis, — nos Segerns, dei gratia prepositus Ecclesie stendaliensis, Henricus decanus necnon totum eiusdem Ecclesie capitulum — in ecclesia nostra sancti nicolai in stendal altare in honorem sancti Michahelis argangeli, summe legationis tenentis

principatum, et propter cultum ibidem divinum per amplius auementandum construendum duximus et proprietatis titulo dotandum sub forma inferius annotata, De censu in Medestorpe, qui ad ecclesiam nostram pertinet, amministratori et fervitori predicti altaris pro successu temporum famulanti debent singulis annis Triginta solidi denariorum in festo beati Martini absque quolibet prorogamine erogari. Etiam de villa Woldenriode quinq̄ue Chori avene in festo sancti Martini predicti amputata difficultate qualibet debent annuatim prefato amministratori reddituuliter apportari. Nichilominus cum dominum Hermannum Thuringum divini potentis nutu et per carnis debitum a rebus humanis eximi contigerit, Tunc deinceps quatuor Chori dari frumenti, que predictus dominus Hermannus, sicut se coram nobis strictius obligavit, duxerit comparandos, eidem altari ascribentur, singulis annis quemadmodum de aliis premittitur perfolvendi. Collatio vero sepe dicti altaris ad capitulum jure patronatus perpetuo pertinebit. Sacerdos etiam vel quicumque clericus, cui prelibatum altare collatum fuerit, decano manuales prestabit obedienciam singula facturus, que secundum consuetudinem Ecclesie nostre alii nostri sacerdotēs seu vicarii facere per requisicionem prescripte obediencie astringuntur. Prememoratus nichilominus ministrator sacerdos omni die missam dicet in tempore et hora, qua dominus decanus vel senior de capitulo per jussionem suam hoc decreverit faciendum. Insuper si quid obvencionis cottidiane de oblacionibus eidem altari fuerit apportatum, hoc plebano nostro a ministro altaris debet integraliter presentari. In cujus dotacionis evidentem et perpetuam memoriam, Ne gestum hoc salubriter oblivione matre dampnosa erroris nigrius obfuscet, sigillum nostri capituli tenori prefencium muniendo duximus apponendum, Datum Stendal, anno incarnationis domini Millesimo Tricesimo Duodecimo, In die Galli et Lulli confessorum.

LXXXII. Markgraf Woldemar verzeignet dem Stifte vier Wispel Getreidehebung aus Schadsfädt, Grieben und Buchholz zum Altar des h. Stephan, am 25. Juni 1314.

Nouerint vniversi, quibus presens scriptum exhiberi continget, Quod Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberge marchio, dedimus et per presens scriptum donamus proprietatem quatuor chororum Altari Beati Stephani, structo in Ecclesia sancti nicolay Stendalensi, quos choros cum proprietate prudens vir dominus hermannus dictus Thuringus eiusdem Altaris Rector ere proprio comparavit. Horum chororum duo dari siti sunt in Villa Scharstede, dandi de Curia Heinrichi Oden, In Griben vnus chorus, quem prepositus exfolvet ibidem et vnum Talentum in Villa Buckholt. Huius Talenti medietatem solvet Lambertus dictus de sine et Heinrichus de dornsted ibidem V. solidos et Theodericus de Infel V. solid. exfolvet. Renunciantes predictis choris et talento in perpetuum*) ac eorundem proprietati et possessioni, nec non omni iuri et actioni simpliciter, quoad nos et heredes nostros, nec non quoslibet alios successores, mittentes ipsum dominum Hermannum nomine altaris sui predicti corporaliter in possessionem pacificam premissorum literas per presentes. In quorum omnium euidens et singulare testimonium nostrum Sigillum huic litere de nostra certa scientia est appensum valiturum in secula seculorum. Testes huius sunt Nicolaus de buk, Gherardus de kerkow milites, Heinrichus Decanus Ecclesie Stendalensis, Segerus prepositus

*) Orig.: impropetuum.

ibidem necnon Slotheko nostre prothonotarius Curie, cum aliis pluribus fide dignis. Datum Sandov, per manum Hermanni de Luchove nostri Clerici. Anno Domini M^o. CCC^o. XIII^o In Crafino beati Johannis baptiste.

LXXXIII. Der Dechant Heinrich vergleicht Uneinigkeiten zwischen den Domherrn und den Vicariis zu Stendal, am 30. Septbr. 1314.

Henricus, dei gratia Stendaliensis Ecclesie decanus —. Quia canonici Ecclesie nostre Stendaliensis super quadam dissensione, ex errore quodam probabili Suborta inter eos ex vna et omnes vicarios Ejusdem Ecclesie parte ex altera, in nos tamquam in arbitrum vna cum predictis vicariis compromissum libere inierunt, penam Stipulationis sentencie nostre arbitrande nostro arbitrio relinquentes, Nos igitur hujusmodi arbitrii onus in nos suscipientes, Visis, auditis, intellectis nichilominus et examinatis vtrarumque partium positionibus et juribus, deliberatione habita diligenti, pro bono pacis et concordie et vigore compromissi ordinamus, arbitramur, diffinimus, dicimus atque precipimus, Quod predicti canonici prenomatis vicariis in festo walburgis XXV solidos et in festo beati martini totidem annis singulis erogabunt, prescriptorum vero denariorum quinque Solidi a Scolastico nostro et talentum a cellerario, qui pro tempore fuerint, restabunt prelibatis terminis absque prorogamine quolibet expendenda. Modus autem distributionis sepe dictorum denariorum erit, vt solum debent illis, qui venerint ad memorias illorum fidelium, quorum deuotione prescripti denarii estimantur legati, per distributiones diuidi personales, hunc quidem aduentum Sic ducentes specificandum, vt qui post epistolam ad missam et post tertiam lectionem ad vigilias venerint, a perceptione sue portionis Sint penitus alieni, Sed hec porcio vicariorum sequestro applicabitur pro vtilitate camere in reparationibus et aliis communibus vsibus referuanda. Preterea adicimus, vt sepe dicti canonici dictis vicariis mero fauore et liberalitate ad reformationem camere sue dabunt quinque talenta non redditualiter sed in summa et pecunia numerata. Hec quidem sentencionando pronunciamus saluo nobis arbitrio et potestate declarandi, Interpretando corrigendi super predictis et quolibet predictorum, vbicumque et quando visum fuerit expedire, Si contra sententiam arbitrationis hanc fuerit aliquomodo attemptatum. Facta est hec arbitracio in presentia omnium canonicorum et vicariorum emologantium et approbantium per singula sententiam per nos arbitratam per plenam consensus ratihabitionem misso contradictionis obstaculo interiecto —. — Datum Stendal, anno domini M^o. CCC^o. XIII^o. In crafino Michahelis Archangeli.

LXXXIV. Ritter Heinrich von Rochow legt dem Pfarrer Johann Crul zu Nyendorf und dem Rämmerer Johann Crul zu Stendal Hebungen aus der sogenannten Rochowschen Hufe zu Nyendorf bei, i. J. 1314.

Universis Cristi fidelibus, presentia visuris seu auditoris Henricus miles, dictus de Rochowe, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, Quod honorabilibus viris domino Johanni Crul plebano in Nyendorp ac patrueli suo Johanni Crul camerario, Canonico in Stendal, alterum dimidium Chorum auene et quatuor modios tritici in villa

predicta sitos, contulimus pro tempore vite utriusque redditualiter possidendos, Cuius avene XXXIII modii sunt in manso, qui dicitur mansus illorum de Rochowe et tres modii in manso dotis. Item predicti quatuor modii tritici siti sunt in predicto manso scilicet illorum de Rochowe. De quibus bonis predictos Clericos ex parte nostri, heredum nichilominus et proheredum per ratihabitionem congruam volumus sufficienter coram quibuslibet warandare. Pro quorum recognitione sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Testes huius collationis sunt honorabiles viri Egelbertus Castel Rodolphus de Bismarc, Henricus Scepelliz scriptor monetarii, Johannes Crempcowe junior et alii quam plures fide digni, Quibus fides noscitur non inmerito impendenda. Datum *) anno domini millesimo CCC. quarto decimo.

LXXXV. Markgraf Woldemar vereignet dem St. Thomasaltare der Kapelle bei der Domkirche in Stendal Getreidehebungen in Dornstedt, am 1. März 1315.

Nouerint vniuersi, ad quos latum fuerit presens scriptum, Quod nos woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, propter deum et ob salutem animarum nostre nostrorumque progenitorum et Successorum, dedimus et per presentes litteras damus libera mente proprietatem dimidii chori siliginis et dimidii chori ordei in villa Dornstede iacencium Altari beati Thome, sito in Capella apud beatum Nycholaum in Steindal. Et ne huiusmodi nostrum factum contingat ab aliquo in posterum irritari, nostro sigillo muniri iussimus presens scriptum, perpetuis temporibus duraturum. Testes autem ad hoc vocati sunt Slotheko prepositus Dyminensis, Bartholdus Schenke, Redeko de Redere, nostre Curie marscalcus, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Tangermunde. Anno domini M^o. Trecentesimo XV^o. Sabbato ante dominicam letare proximo.

LXXXVI. Markgraf Woldemar vereignet den Domherrn der Hebung von zehn Schillingen von einem Hofe zu Buchholz, am 28. März 1316.

In nomine Domini amen. -- Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie marchio, presencium forma recognoscimus litterarum, Quod cum Ecclesia sancti Nicolai in Stendal eiusque canonici comparauerint in proprietate sua et villa Buccholte Redditus Decem solidorum dimidii chori ordei et dimidii chori siliginis situatos super curia Reyneri, cuius in eadem villa, Eorundem Reddittum proprietatem donamus et concedimus, Abrenunciantes omni juri, quod in eisdem bonis habere et habuisse dinoscimur, dantes supremum jus eiusdem curie et bona predicta cum pleno jure canonicis ecclesie antedictae possidenda et habenda, justo proprietatis titulo cursibus temporum sempiternis. In cuius rei testimonium Auctorizatum cum nostro sigillo euidenter dedimus presens scriptum Sub testimonio bartholdi schenken, Gherekini de kercow militum et Domini Segeri prepositi Ecclesie eiusdem nostri capellani. Datum Tangermundis Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sextodecimo, Dominica Quadragesime Judica, per manus Domini Euerhardi nostri prothonotarii.

*) Der Ort der Ausstellung ist im Originale nicht angegeben, sondern Platz zur Angabe desselben gelassen.

LXXXVII. Das Domstift kauft Hebungen aus dem Schulzenhose zu Buchholz von dem Ritter Heinrich von Erleben, am 27. August 1316.

Nos Segerus, prepositus dei gratia Ecclesie in Stendal, Heynricus decanus, neenon Eiusdem Ecclesie capitulum, Tenore presentium Recognoscimus publice protestantes, Quod strenuo militi domino Henningo dicto de Iresleve pro emptione unius talenti denariorum iudicii et servitorum vectigalium sitorum in Curia praefecti in Bucholt, que ab ipso iusto contractus titulo emimus, XIX. marcas argenti promissimus ad solvendum, Ita inquam quod in festo beati Martini nunc venturi X. marcas et in festo nativitate domini IX. absque prorogamine perfolvemus. In cuius obligationis evidentiam sigillum Capituli nostri duximus presentibus apponendum. Facta est etiam hec obligatio anno domini M^o. CCC^o. XVI^o. in die Rufi martiris.

LXXXVIII. Markgraf Woldemar vereignet den Priestern Heinrich und Otto Wokendorf von der Familie von Warburg erkaufte Hebungen aus Groß-Schwechten, am 24. Juni 1317.

In nomine domini Amen. Actiones, que obliuio a libro delet memorie etc. Hinc est, quod nos Woldemarus, dei gracia brandenburgensis et Lufatie marchio, recognoscimus — quod in laudem dei eiusque matris marie sancteque katherine virginis et speciale remedium animarum nostrorum progenitorum et nostre dedimus et donacionis titulo sincere donamus proprietatem vnus chori Tritici, sibi in villa magna suecten in curia peter goscalci, quem honesti clerici Heynricus et Otto fratres dicti wokendorp emerunt a strenuis famulis Coppekino, Hermanno et Heinricho fratribus dictis de warboreh pro eorum pecunia numerata dictique famuli chorum tritici antedictum coram nobis resignantes. Nos igitur renunciantes dicti chori proprietati ac omni seruicio qualicumque eciam precarie ac onere uniuerso, si quod in dicto choro, ac toti iuri, si quod nunc nobis competit uel possit competere in futurum tam quoad nos quam nostros heredes neenon quoslibet nostri domini successores — addicientes, quod predicti clerici predictum chorum tritici vendere vel dare possint in laudem dei ecclesiis in Stendal aut extra cuiquam volunt —. Acta sunt hec presentibus nobili viro Comiti de keuernberg, Conrado et Redekonj de redere, Haffoni et Wedegoni de Wedele, Henningho de brandenburg (sic pro blankenburg?), Henningho et Heynrico de ftegeliz militibus, Nec non euerardo stolpensi preposito nostre curie prothonotario et aliis pluribus fide dignis. In cuius etc. — Datum torgolow anno domini Millesimo CCC^o decimo septimo, ja die beati Johannis baptiste.

LXXXIX. Markgraf Woldemar bestätigt die Stiftung einer ewigen Lampe im Dome zum Andenken seines Capellans Johann von Kerkow, am 6. Mai 1318.

— nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, recognoscimus per presentes litteras fidelite protestantes, quod in honorem sancti Nicolai Ecclesie stendalensis collegiate et spirituale remedium anime dicti Johannis de kercowe, quondam nostri capellani et

diete Ecclesie canonici, bone memorie, dedimus et presentibus pia donacione donamus diete Ecclesie collegiate proprietatem unius talenti denariorum brandenburgensium in villa Langensoltwedele siti, quod talentum dominus gherardus de kercowe miles, dicti Johannis frater, dedit premisse Ecclesie in remedium anime fratris sui predicti ad perpetuum in dicta Ecclesia luminare, Renunciantes sollempniter dicti talenti proprietati quoad nos et nostros heredes nec non iuri omni, quod nobis aut nostris successoribus ex quacunque licet causa possit competere in futuro. Testes huius sunt nobilis vir dominus guntherus Comes de keuerenberg, Droyseko, conradus de Redere, Redeko de Redere, fritso de Schepelitz advocatus, milites nostri, Heinricus Ecclesie predictae decanus quondam, Euerardus prepositus Stolpensis et hermannus de Luchowe, nostri capellani, cum aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Tangermund, Anno domini M^o CCC^o decimo octavo, die sancti Johannis ante portam latinam.

XC. Markgraf Woldemar verzeihet dem Domstifte Hebungen aus Dornstädt, mit welchen Gerhard von Kerkow seine Gedächtnißfeier gestiftet hat, am 24. Mai 1318.

— Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Recognoscimus et ad universorum noticiam, Tenore presentium publice volumus pervenire, Quod ad devotam instanciam honesti militis nostri, domini Gherardi de kercowe, dedimus et presentibus litteris donamus donacione sollempni Honorabilibus viris Preposito, Decano et Capitulo Ecclesie sancti Nycolai in Steindal et ipsi Ecclesie proprietatem unius Talentum Brandenburgensis monete in villa Dornstede, Quod quidem talentum dictus miles donavit predictae Ecclesie et personis ejusdem, perpetuis temporibus possidendum in Remedium sue et salutem anime sempiternam, Ita quod ipsi Canonici presentes perpetuo diem sanctorum decem milium Militum martyrum peragent sollempni officio. Fietque distribucio dicti Talentum Brandenburgensium denariorum inter presentes Canonicos, qui dicto interfuerint officio, in hunc modum, Canonicis ipsis dabuntur Octo solidi, vicariis quatuor solidi, Custodi campanarum unus solidus, Cantanti in organis unus solidus et Custodi diete Ecclesie seu distributori solidi tres et choralibus seolaribus Tres solidi annis singulis perpetue tribuentur. Renunciamus itaque renunciacione debita et sollempni, pro salute anime nostre, proprietati predictae, quoad omnem fructum servicii et precarie, neenon quoad omne Jus, quod Nobis aut nostris heredibus vel successoribus ex quacunque causa possit competere in futurum, nichil nobis penitus in premissis aut premissorum aliquo reservantes. Et ne super hoc alicui in posterum dubium valeat generari, presentem litteram super eo dari iussimus, nostri sigilli munimine roboratam, In presentia testium subscriptorum, scilicet nobilis viri Guntheri Comitis de Kevernberg, Conradi de Redere, Droysekonis, Frederici de alvensleve, Borchardi et Gunzelini de Bertensleve, Henrici de Rochowe et Johannis de Crochere, militum, Everardi in stolpp prepositi et Hermanni de Luchowe, Capellanorum, et aliorum plurium nichilominus fide dignorum. Actum et Datum in Tangermünde, Anno domini Milleesimo Trecentesimo Decimo Octavo, Feria secunda proxima ante diem beati Urbani pape et Martyris.

XCI. Markgraf Woldemar vereignet demselben gewisse Hebungen aus Langensalzwedel und Kl. Mohrungen, die Gerhard von Kerkow zur Feier des Tages der 10000 Ritter gewidmet hat, am 24. Mai 1318.

— Nos Woldemarus, dei gracia Brand. et Lufac. Marchio, ad instantiam deuotam honesti militis nostri, Domini gherardi de kercowe dedimus — honorabilibus uiris preposito decano et capitulo Ecclesie sancti Nicolai in Stendal et ipsi ecclesie proprietatem decem solidorum in villa Langensoltwedel et decem solidorum in villa parua Mörunge denariorum Brand., quod quidem talentum dictus miles donauit dicte Ecclesie et personis perpetuis temporibus possidendum, in remedium et salutem amine sue sempiternam, jta quod ipsi canonici presentes perpetuo diem sanctorum decem milium militum martirum peragent sollempni officio fietque distribucio dicti talenti inter presentes canonicos. — (Uebrigter Inhalt, Zeugen, Ort und Zeit der Ausstellung wie oben.)

XCH. Der Markgraf Woldemar legt vier Wispel Getreidehebung, welche er im Jahre 1314 zum Altar des h. Stephan vereignet hat, dem Altare des h. Michael bei, am 23. Juni 1318.

— nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie et de Landesberge Marchio, licet alias proprietatem quatuor frustorum reddituum, quorum duo chori frumenti in villa Scharthowe, vnus in villa Gryben Et vnum Talentum denariorum brandenburgensium in villa bucholte siti sunt, quos discretus uir dominus Hermannus Thuringus, sacerdos conparauit, altari sancti Stephani sito in Ecclesia sancti Nycholai in Stendal donassemus; Tamen ad precum instanciam Honorabilium uirorum dominorum Ségeri prepositi ac Thiderici de Luderizs, decani Ecclesie Sancti Nycholai Stendalensis predicte, cum assensu dicti domini hermanni Thuringi, ipsa quatuor frusta reddituum Altari sancti Michaelis Archangeli in predicta ecclesia sancti Nycholai constructum, Cuius redditus adeo tenues existunt, quod sacerdos ipsum officians, non possit sustentari, ut dicebant, Appropriamus. — Testes huius sunt Nobilis uir Ghunterus comes in Lyndowe, Euerardus prepositus in berlin, Gherardus de Kerkowe, Bartoldus de buzst, Gheron de yrkfleue milites ac flotheko nostre curie prothonotarius et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Castro nostro Tangermund, Anno domini Millesimo Trecentesimo Decimo octauo, in Vigilia beati Johannis baptiste et precursoris domini, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum.

XCH. Markgraf Woldemar vereignet der Kirche zu Peulingen die ihr von dem Bürger Walto geschenkte Hebung von 1 Wispel Getreide in Ostheren, am 20. März 1319.

In nomine domini Amen. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, recognoscimus et in perpetuam volumus noticiam peruenire, quod propter deum et instanciam deuotam henningi de bruncow nostri militis dedimus et sollempni donacione donamus Ecclesie in villa Peweling proprietatem vnus chori dari frumenti siti in Ostherren, quem dictus walco cuius

de Stendal dicte Ecclesie donavit, Renunciantes dicte proprietati et omni iuri, quod nobis ex quacunque causa possit competere uel nostris successoribus in choro predicto. Et ne apud posteros de hoc valeat dubitari, hanc litteram super eo dari iussimus nostro sigillo firmiter communitam. Testes fuerunt presentes Nobilis vir guntherus comes de keuerenberg, droyfeco noster dapifer, Johannes de crochere, fritso et heinricus de schepeliz, milites, cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde Anno domini M^o. CCC^o. Decimo nono, feria tertia post dominicam letare.

XCIV. Markgraf Woldemar vereignet der Kirche zu Niendorf bei Stendal die ihr von dem Bürger Walto geschenkte Hebung von 1 Wispel Getreide in Ostheren, am 20. März 1319.

I. n. d. a. Nos Woldemarus — propter deum ac instantiam humilem henningi de bruncow — dedimus — Ecclesie in Nyendorp prope stendal proprietatem omnimodam unius chori duri frumenti, quem civis noster de stendal dictus valco dicte Ecclesie donavit, qui chorus situs est in villa Ostherren. — (Alles übrige lautet wie in der vorstehenden Urkunde.)

XCv. Markgraf Woldemar bestätigt eine von Heinrich genannt Wokenstedt und Betekin von Hemerde vorgenommene Schenkung dem Domcapitel zu Stendal, am 26. Juni 1319.

— nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, recognoscimus ac in memoriam geste rei deducimus sempiternam, Quod propter deum, nec non propter instantiam humilem discretorum virorum, domini Heinrici dicti wokenstede, Ecclesie Stendalensis vicarii, necnon Betekini de Hemerde, civis nostre de stendal, dedimus et presentibus litteris sollempni natione donamus Altari sancti Johannis Ewangeliste, sito in capella Ecclesie sancti Nicolai stendalensis, proprietatem unius chori duri frumenti in villa ghor, quem chorum dicti vicarius et civis salutari remedio animarum suarum ac parentum suorum dicto altari donaverunt, suis denariis contentum, possidendum perpetuis temporibus, liberum absque omni onere precarie et servitii, pleno jure a. omnimoda libertate, iusto proprietatis titulo pacifice et quiete. Renunciantes dicte proprietati renunciatione sollempni, quoad nos et nostros heredes, necnon omni juri, quod nobis ex causa quacunque possit competere in futurum. Dicti quoque altaris vicarius, qui pro tempore fuerit, celebrabit sempiternis temporibus, omni secunda feria missam pro defunctis in salutem animarum predictorum parentumque eorundem et memoriam peraget salutarem. Et ut presens nostra et dictorum pia donatio celebrata salubriter in omnipotentis dei oculis placida semper permaneat incommota, hanc litteram super eo dari iussimus, nostri sigilli robore fideliter communitam. Testes vero ad hoc vocati sunt, nobilis vir, guntherus comes de Keverberg, Redeko de Redere noster marscalcus, Brofeco pin-cerna, ffredericus de schepelitz noster advocatus, milites. Everardus prepositus berlinensis, et Hermannus de luchowe, nostri capellani, cum aliis fide dignis. Datum Tangermunde, anno domini Milleesimo Trecentesimo Decimo nono, die beatorum Johannis et Pauli.

XCVI. Markgraf Woldemar vereignet dem Stifte zwei Hufen in Göhre, am 29. Juni 1319.

— nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Notum esse volumus universis Cristi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ob reuerentiam ihesu Cristi et beatissime virginis genitricis sue ac in remissionem nostrorum peccaminum atque in salutem animarum nostre, nostrorumque progenitorum dedimus et damus, donauimus et per presentes literas liberaliter donamus duos mansos sitos in villa Gore, quos hynricus Wokkendorp, Sacerdos, de Hamborch dictus, Vicarius ecclesie Sancti Nycolai in stendal, ecclesie supradicte nostre dicionis pure propter Deum et in remissionem suorum delictorum et ob salutem animarum suorum progenitorum apposuit, cum omni proprietate, commodo, honore et utilitate, usufructu et libertate perpetuis temporibus duraturis, Tenunciantes simpliciter pro nobis nostrisque heredibus, si quos Deo annuente procreauerimus, et successoribus, omni iuri, actioni et libertati atque proprietati, que nobis in dictis duobus mansis hactenus competebant, vel possent competere in futurum, ita quod ipsos mansos et possessores eorum ex nunc et in perpetuum ab omni seruitio et precaria, quocumque nomine censeantur, liberos esse volumus penitus et exemptos, Nichilominus Canonici predictae ecclesie memoriam solempnem dicto domino hynrico perpetue facientes. — Presentibus testibus ydoneis scilicet Nobili Viro Domino Gunthero Comite de Keierenberg, Conrado et Redekino de redere, Henningo de blankenborch, Frederico et Hynrico de scepelitz, Broyskyno nostre curie pincerna et Gherardo de Kerkow militibus, ac Euerardo nostre curie capellano et notario cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum Tangermundis, Anno Domini Millesimo trecentesimo decimo nono, In die Apostolorum Petri ac Pauli beatorum.

XCVII. Die Markgräfin Agnes vereignet dem Domstifte das vom Ritter Ebeling von Buzt verkaufte Gericht des Dorfes Neuendorf, am 13. Mai 1320.

In nomine domini amen. Nos Agnes, dei gratia Marchionissa de Brandeburch, Recognoscimus — Quod strenuus miles Ebellingus de buzt vendidit iusto contractus titulo canonicis ecclesie s. Nicolai in stendal, hoc est ipsi Ecclesie, Judicium ville Nyendorpe in alto et basso, cum omnibus seruiciis, distinctionibus et pertinenciis et in ipsa villa iam dicta decem frusta reddituum, Que singula iam nominata nos consulis Ciuitatis nostre in stendal ad vsus et ad manus Canonicorum predictorum duximus conferenda. In quorum recognicionem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Testes huius vendicionis et collacionis sunt strenui viri Conradus de Osterburch noster aduocatus, Gereko de Kerkowe, Mathias de Jagowe, henning de brunckowe, Ebel de Luderiz, milites, Roxze armiger, beteke de Hemert ac Egelke Castel ciues in Stendal et alii quam plures, quibus fides noscitur inpendenda. Datum stendal, anno domini Millesimo Triscentesimo XX°, in beati seruatii die confessoris atque pontificis.

XCVIII. Die Herzogin Agnes von Braunschweig schenkt zum Seelenheile ihres verstorbenen Gemahls, des Markgrafen Woldemar, der Kirche zu Peulingen eine Hufe Landes, am 25. Mai 1320.

Agnes, dei gracia Ducissa Brunefwigensis. Notum — sit tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, Quod pro remedio anime nostri venerabilis domini Woldemari Mar-

chionis de Brandenborgh felicis memorie, quondam Mariti nostri, vnum mansum libere donauimus Ecclesie in villa puwelinge perpetue absque omni impedimento possidendam. V. igitur hec nostra donacio firma et inconuulsa permaneant Et ne ab aliquibus successoribus valeat infringi, Eadem scripta nostra dedimus et hec nostri sigilli appensione iussimus communiri. Testes huius donacionis sunt Dominus Zacharias canonicus in Stendal, Dominus Hinricus plebanus in puwelinge, sacerdotes, Dominus Conradus de offerborgh, Dominus Gherardus de Kerkowe, Milites, Beringerus Storm, nec non Engelbertus Casteil Burgenfes in Stendal et alii plures fide digni. Actum et datum Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. In die trinitatis.

XCIX. Ritter Heinrich von Rochow resignirt der Markgräfin Agnes einige Hebungen zu Nierdorf zu Gunsten des Domstiftes, am 25. Mai 1320.

Nos Hinricus, miles, dictus de Rochowe, Universis Christi fidelibus presentia visuris cuius esse notum, quod tria frustra reddituum, que a nobis tenuit Fredericus de Stendal, Civis in Tangermunde, in villa Niggendorpe titulo feodali, illustri domine et principi domine Agniti Marchionisse quondam Brandeburgice ad manus seu ad usum dominorum et Capituli Ecclesie Stendaliensis resignamus evidentius in hiis scriptis. In cuius resignationis evidentiam Sigillum nostrum presentibus est appentum. Testes huius resignationis sunt: Albertus, Sanderus, Bartoldus, milites dicti de Buzt, ac Ebole de Buzt, armiger, et quam plures alii fide digni. Datum Rateniowe, anno domini nostri M^o. CCC^o. XX^o, in die Bonifacii pape et martyris.

C. Agnes, Herzogin von Braunschweig, vereignet dem Domstifte von Bertold Schenke resignirte Hebungen aus Buchholz und Schleuß, am 1. Sept. 1320.

Nos Agnes, dei gracia Ducissa Brunswicensis, recognoscimus publice per presentes, quod fidelis noster miles Bertoldus Schenko nobis ad minus honorabilium virorum capituli et canonicorum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal resignavit, ferua debita sollempnitate, quatuor talenta minus octo solidis denariorum Brandenburgensium, sita in eorum villa bukholz, et in villa Sloytiz octo solidos eorundem denariorum, que dicto capitulo et Canonids dimittimus perpetuo et dimissimus, quibus nichilominus denariis renunciamus litteras per presentes. Huius rei testes sunt Gherardus de kercowe, Conradus de Offerborch et bertoldus de buzst milites, Hermannus de luchow clericus cum aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniri fecimus presens scriptum in Stendal Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. die sancti Egidii.

CI. Die Herzogin Agnes vereignet dem Domstifte eine Getreidehebung aus Röre, am 18. Febr. 1322.

In nomine domini amen. Nos dei gracia Agnes, ducissa Brunswicensis, Recognoscimus — quod propter deum nec non salutem animarum nostre ac nostrorum progenitorum, ad instantiam deuo-

tam militis nostri fidelis, scilicet *Conradi de Osterburch*, dedimus ac presentibus litteris donamus sollempni donatione honorabili Collegio canonicorum Ecclesie sancti Nicolai in *Stendal*, proprietatem veram et legitimam super duobus choris tritici minus tribus modis in villa *Rökez*, quos idem miles dicte ecclesie vendidit quosque vir discretus *Johannes de kyriz* prius prepossedit, Reseruatis nobis nichilominus in dietis choris Precaria atque censu. Renunciantes omni iuri proprietatis, quod in premissis choris hactenus dinoscimur habuisse. Huius nostre donationis testes sunt *Gherardus de kercowe* miles noster, *ffredericus de vincelberg* noster aduocatus nec non *hermannus de luechow* noster notarius cum aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum *Tangermundis*, anno domini *M^o. CCC^o. XXII^o*. feria *V^a*. ante dominicam *Esto mihi*.

CH. *Bischof Albrecht von Halberstadt* erhebt von dem *Nicolaisifte* eine Geldbewilligung, am 25. April 1323.

Nos *Albertus*, dei gracia *Halberstadenfis* Ecclesie Episcopus, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, Quod libertatem Ecclesie *Stendaliensis* illesam et intactam in omnibus suis clausulis et articulis exemptionis cuiuscunque irrefragabiliter volumus perpetuo conseruare, Grates vberes cum inclinacione attenta reddentes, Quod predicta Ecclesia nobis quibusdam pecunie beneficiis non ex Jure obligationis, sed ex mera liberalitate sua, dignata est nobis in necessitatibus nostris gratuite subuenire, Nolentes sepedictam Ecclesiam huiusmodi supplicacionibus subuencionum amplius honorare, sed memoratam Ecclesiam in omnibus suis casibus, quando quomodo et quociens nos rationabiliter requisitos habuerit, decreuimus efficaciter promouere. Datum *halberstatt* Anno domini *Millesimo CCC^o. XXIII^o*. In die *Marci* ewangeliste. In quorum etiam euidenticiam sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

CH. *Markgraf Ludwig* genehmigt die von *Henning Schadewachtens* Söhnen vorgenommene Errichtung des Altars der *h. drei Magier* in der *Domkirche*, am 21. Jan. 1324.

Lodewicus, Dei gracia *Brandenburgensis* et *Lusacie* Marchio, — cum discreti iuuenes *Nati Henningi Schadewachten* bone memorie spiritu ducti ex alto, thesaurizare sibi volentes thesaurum in celo, Altare quoddam in Ecclesia *Sancti Nicolai* in Ciuitate nostra *Stendal* in honorem *Sanctorum trium Magorum* de concensu expresso *Dyocesani* fundarint, Ipsumque Sex Choris duri frumenti, quorum quatuor siti sunt in *Magna Swartelose* Et in *Vngeling* quindecim modii filiginis, nouem modii tritici, XI. modii ordeï, XI. modii auene, et septem solidi denariorum brand, sollempni donatione dotarint, in remedium salubre anime dicti *Henningi* patris eorum, atque salutem animarum suarum et successorum suorum, Nos huius factum, coram omnipotentis oculis acceptabile decernentes ac approbantes, presentibus litteris publice profiteamur, quod expressa et sollempni donatione dedimus et presentibus donamus proprietatem omnimodam super dietis sex choris seu fructis altari predicto perpetualiter attinendam. — Pro hac nichilominus nostra donatione dicti *Juuenes* nobis dederunt complete *Viginti* *Marcas* argenti brand, de quibus ipfos fatemur presentibus litteris absolutos. Testes

quoque ad hoc vocati, et rogati specialiter sunt, spectabilis Vir Dominus Bertoldus Comes de hennenberg, Nobilis Vir Hinricus Comes de Swartzeborch, nostri confanguinei; Honorabiles Viri, Segerus Prepositus Stendalgenfis, nostre curie Prothonotarius, Gherardus de Kercowe, Bertoldus de Buzt et Rokez, Milites nostri cum aliis fide dignis. In premifforum omnium et singulorum lucidum testimonium, nostrum sigillum presentibus de nostra certa scientia est appensum. Datum Stendal, in nostra Presentia, Anno Domini M^o. CCC^o. XXIII^o, die sancte Agnetis, per manum Hermanni de Luchowe.

CIV. Ritter Heinrich von Roketz schenkt dem Marienaltar in der Domkirche Hebungen aus Burgstal, im Jahre 1324.

— ego hynricus de Roktze, miles, de consensu vxoris mee et legitimorum heredum meorum, in honorem sancte trinitatis Ecclesie sancti Nycolay in Stendal XXIII^o. sol. den. brand. hereditarios, sitos in villa borstel, in curia scilicet frankonis de mansis, qui mei fuerunt, vnum talentum, in curia pulemans de Cael lignorum et de pratis III^o. solidos, ad peragendum festum predictae gloriosissime trinitatis sollempniter, in pulsando, organizando, cantando et illuminando, sicut in die pasche, duxi libere erogandos, ita sane quod singulis annis predicti solidi in dominica quasi modo geniti vicario altaris sancte Marie perpetuo in eadem Ecclesia persoluentur, Et ipse quolibet anno sic distribuet, Quod duodecim solidos dabit Canonicis in choro presentialiter existentibus sub hac forma, quod de solidis duodecim tantum habebit habens mediam prebendam, sicut integram habens, Magistro scolarum vnum solidum; dominis vero vicariis in camera quinque solidi dabuntur, Domino Theaurario pro illuminatura vnus solidus, Custodi pro pulsacione vnus solidus, Organiste sex denarii, Calcantibus organa sex denarii et predicto perpetuo vicario Tres solidi, Qui singulis annis in festo Trinitatis sepedictos XXIII^o. solidos distribuet, secundum formam iam literaliter pretaxatam. Pro quibus tribus solidis per predictum vicarium, assumptis sibi duobus sacerdotibus et sex scolaribus anniuersarius patris et matris mee et mei et vxoris mee annis singulis dominica quomodo geniti de uespere in vigiliis et sequenti die in missis pro defunctis sollempniter peragetur. In quorum euidentiam sigillum meum vna cum sigillo capituli Stendalensis Ecclesie duxi presentibus apponendum. Testes huius facti sunt honorabiles viri Jacob de fluden, Cryfthyan kynt, Gyfo et Wyneko de schadewachten, Johannes Gerdangi, Conradus hydden et Gottchalkus, scabini in Stendal. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o.

CV. Die von Lüderitz entlassen Hebungen des Domstifts im Dorfe Buchholtz ihrer Gerichts-Obriegkeit, im Jahre 1324.

— nos Conradus uidelicet et arnoldus dicti de luderitz, duo frusta in villa bukholt, in curia Bernardi medium chorum siliginis et medium ordeï pro vno frusto, in curia heynekini sculteti XVIII. modios siliginis et ordeï, in curia heynkini de dalym tres modios siliginis et tres ordeï pro secundo frusto, a nostra iurisdictione iuriditarie absoluisse coram sculteto et rusticis dicte uille bukholt

resignasse et iurisdictioni sue dominio dominorum canonicorum Ecclesie Stendalensis perpetuo supposuisse procurante domino Eblingo de büzt milite, publice profitemur in hiis scriptis. Et ut hec prescripta resignacio per nos facta maneat inconuulsa, sigillum predicti Conradi de Ludritz presentibus est appensum, sub anno domini M°. CCC°. XXIII°.

CVI. Das Domstift bekundet die Aufnahme Heinrichs und Otto von Wokendorf in seine Brüderschaft, am 1. März 1326.

Nos Segherus, dei gracia prepositus, fredericus eiusdem miseracione diuina decanus totumque stendalensis ecclesie capitulum ad omnium noticiam in tenore presentis scripti cupimus peruenire lucide profitentes, quod henricus et otto fratres dicti de Wokendorp sacerdotes ob salutem animarum suarum suorumque progenitorum dederunt chorum filiginis cum dimidio, sitos in tangermundis et inter dominos presentes diuidendos singulis annis, vt ipsorum memoria secundum consuetudinem ecclesie nostre peragetur. Similiter apposuerunt vnum chorum filiginis et ordeï ad capellam sancti Johannis ewangeliste, vt vna missa qualibet feria secunda a vicario dicte capelle pro defunctis et eorum memoria celebretur: nichilominus dictum chorum predictus dominus henricus ad tempora vite sue optinebit et post mortem ipsius ad dictam capellam remanebit: et prescriptum frumentum nostre ecclesie predictae cum omni proprietate et libertate libere donauerunt, ut patet in priuilegiis et litteris nostris, nobis a dictis fratribus erogatis. Ex hoc motu pietatis, quam sepedicti fratres ad nostram habent ecclesiam, ipsos ad fraternitatem et participacionem honorum operum, que diuina apud nos operabitur clemencia, recipimus, tam in vita quam in morte, quod presenti scripto protestamur nostro sigillo communito. Datum anno domini M°. CCC°. vicesimo sexto, sabbato ante dominicam letare.

CVII. Dieterich von Buz bekennet sein Haus zu Stendal nebst den Heubungen aus Garlipp, und Ländereien von Nöye nur auf Lebenszeit zu besitzen, im Jahre 1326.

Nos Thydericus de buz, thesaurarius ecclesie Stendalensis, tenore presencium recognoscimus profitentes quod XXXIII. pulli pachtales in villa garlip et ager circa villam Rochz sitatus, vlgariter ghudeke nuncupatus, atque curia nostra in Stendal, quos et quam a predicta quo ad vixerimus nostra ecclesia tenemus, comparauimus et habemus, nobis de hac luce migrantibus ecclesiam ad eandem libere reuertentur. In cuius testimonium nostrum sigillum et euidentie plenioris cautelam sigillum Ebelingi de buz, militis, nostri fratris, presenti litere sunt appensa, Anno domini M°. CCC°. XXVI°.

CVIII. Das Capitel zu Stendal erwählt mehrere neue Domherrn, am 16. Juni 1327.

Nos fredericus de osteren decanus, Zacharias, Theodoricus de Luderis decanus sancte marie in halberstadt, Jo. de vincelberghe, Bertrammus de hyldefhim, Se-

gerus prepositus, Johannes de belyn, Johannes de cloden, Johannes de fchepelis scolasticus, wafmodus, arnoldus de Wardenberghe, Marquardus et Theodoricus de bure thesaurarius et canonici ecclesie stendalensis recognoscimus publice profitentes, quod anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o, feria sexta infra octavas corporis dominici, inuocato nomine dei, consensu vnanimi, elegimus infra scriptas personas: primo dominum Conradum de Oftheren, Secundo hinricum filium h. de belyn militis, Tercio albertum filium alberti de Luderis militis, quarto wernerum de vincelberghe, quinto wernerum filium Reyneri Reynaldi de hyldefhim, Sexto Johannem filium hennighi de fanterfleue militis, septimo Hinricum filium vickonis de belyn, Octauo fredericum filium frederici de breiske, Nono Johannem filium frederici de fcepelis militis, Decimo arnoldum filium alberti de kaluis militis, vndecimo hinricum seniore filium Johannis de byeren militis, duodecimo Johannem harkeftro, Tredecimo Albertum filium alberti de buzst militis, Quarto decimo hermannum de luchow, Quinto decimo Wernerum de walfstoue, Sedecimo et vltimo filium bernardi de scullenborch militis, jus canonicatus et prebendas in nostra ecclesia dum uacauerint iuxta premissum ordinem percepturas. Datum et actum anno et die premissis. Ne igitur dubium aliquod circa ordinem et personas superius annotatas in posterum oriatur, presentem litteram sub nostri sigillo capituli fecimus sigillari.

CLX. Markgraf Ludwig genehmigt, daß der Propst Seger der Pfarre zu Peulingen eine Getreidehebung aus Drusedow verkauft, am 29. Sept. 1327.

Nos Iodewicus, dei gratia Brandenburgensis et Iusatie marchio — presentibus publice profitemur, quod honorabilis vir capellanus et prothonotarius noster dilectus, dominus Segerus, Ecclesie Stendaliensis prepositus, vendidit debito venditionis contractu discreto viro domino hinrico dicto de poswalk, plebano in pyweling, necnon doti ejusdem, Sex modios siliginis et sex modios ordei de curia sua sita in villa dusdowe perpetuis temporibus pacifice et expedite percipiendos annis singulis terminis debitis et consuetis. Ob inde idem plebanus pro se pro suis successoribus et pro dote dedit prefato domino preposito octo marcas argenti brand, in pecunia numerata. Nos vero ad instantiam dicti nostri Cappellani dedimus et per presentes donamus proprietatem plenam et omnimodam super dictis Siligine et ordeo. Itaque nichil juris nobis vel nostris successoribus referuimus in eisdem, sed volentes tale frumentum cum omni libertate absolutum ab omni precaria ab omni seruitio et ab omni onere dicte Ecclesie pertinere. In cuius Rei testimonium nostrum sigillum cum Sigillo predicti nostri capellani presentibus est appensum. Nos quoque Segerus, prepositus Ecclesie stendaliensis prefatus, recognoscimus et fatemur, quod dicto domino hinrico et sue doti in poweling dictos sex modios siliginis et sex modios ordei vendidimus debita sollempnitate venditionis pro octo marcis argenti brand, nobis in numerata pecunia persolutis, quibus modis duodecim renunciamus et omni juri, quod nobis competiit vel possit competere in eisdem. Et hii modii XII dicto plebano et suis successoribus de nostra curia in dusdowe sunt perpetuo exfoluendi. In cuius rei testimonium nostrum sigillum cum Sigillo prefati principis est appensum, presentibus wenero de aneborch, hermanno balch et gunthero de Sandow militibus ac h. de luchow cum aliis fide dignis. Datum Arneborg, Anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o. die Sancti Michaelis.

CX. Arnold von Luderitz, genannt von Jagow, verkauft seinem Bruder Wasmuth Hebungen aus Buchholtz, am 14. Febr. 1328.

Ego Arnoldus de Luderitz, dictus de Jaghowe, famulus, — profiteor recognoscens, quod dilecto meo fratri, domino Wasmodo de Luderitz, Stendalensis Ecclesie Canonico, de decima, quam ego et mei heredes cum dilecto meo fratre alberto milite et caro meo fratruale thiderico famulo, dictis de Luderitz, in uilla bucholtz possessorie habebamus, meam et meorum heredum partem vendens rite dimisi et in dicta decima ius, quod michi competit et meis heredibus competere posset quaecumque, una cum viginti pullis in dicta uilla bucholtz tollendis libere annuatim, Renuncians omni antedictae decime et pullis et omni Juri, quod mihi aut meis heredibus in indictis decima et pullis in posterum contingere posset aut successoribus quibuscumque. Et ut ista vendicio, renunciatio et dimissio in perpetuum integre conferretur et ante prefectum et villanos ibidem in uilla bucholtz coram iudicio notificata et presenti littera munita, meo Sigillo stabilita, presentibus etiam testibus honorabilibus viris domino decano sancte marie in halberstadt, Alberto de Luderitz milite, meis fratribus, et bussone de bruncowe famulo et prefecto in bucholtz et pluribus aliis fide dignis, Datum anno Domini M^o. CCC^o XXVIII^o, in die valentini.

CXI. Heinrich von Rochow verkauft dem Dechanten zu Stendal Besitzungen in dem Schulzenamt des Dorfes Niendorf, am 7. Septbr. 1329.

Nos Hinricus de Rochowe, in Berghe residens, necnon Wychardus, Bethekinus et Johannes fratres eiusdem cognominis de Rochowe, Recognoscimus publice protestantes, Quod honorabili viro, domino Frederico de Oftheren decano stendalensi, Avunculo nostro dilecto, iusto contractus titulo pro numerata pecunia videlicet XIII marcarum vendidimus omnia, que Nyendorp in curia scultheti et ejus officio habuimus cum omni jure, quo ipsam curiam suis libertatibus longis temporibus pacifice possideramus et quiete, Itaque quod dictus dominus Fredericus de predicta curia et suis attinentiis disponere valeat libere et donare, et testamentarii sui de ea ordinare poterint pro libito voluntatis. In quorum evidentiam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Presentibus honorabilibus viris domino Johanne de Belin, domino Wasmodo de Luderize, Canonicis in Stendal, Alberto de Luderize milite ac pluribus aliis fide dignis. Datum Goltzowe, Anno domini M^o. CCC^o. XXIX^o. in vigilia Natiuitatis Beate virginis gloriose.

Das Siegel Heinrichs mit 3 Rochen, die beiden andern jedes mit einer Roche.

CXII. Heinrich von Rochow verkauft dem Dechanten und einem Domherrn Besitzungen im Schulzenamte des Dorfes Niendorf, am 7. Sept. 1329.

Ego Henricus de Rochowe, residens in Berghe, recognosco publice protestando, Quod honorabilibus viris dominis Frederico Decano et Conrado Canonico ecclesie Stendaliensis, fratribus dictis de Oftheren, avunculis meis dilectis, iuste vendicionis titulo pro numerata pecunia

videlicet Tredecim marcis argenti Brandenburgici vendidi omnia, que Nyendorp in Curia sculteti et ejus officio habui, cum omni iure, quo ipsam Curiam suis libertatibus longis temporibus pacifice possederam et quiete, Itaque quod dicti domini Fredericus et Conradus de predicta Curia et suis atinentiis disponere valeant libere et donare, Et testamentarii eorum de ea ordinare poterint pro sue libito voluntatis. In quorum euidenciam sigillum meum presentibus duxi apponendum. Presentibus honorabilibus viris domino Johanne de Belyn, domino Wasmodo de Luderize, Canonicis in Stendal, Alberto de Luderize milite ac pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXIX^o. In vigilia natiuitatis beate Marie.

CXIII. Die Knappen Gyfo, Godeke und Volceke Schönberg verkaufen dem Domstifte das Dorf Staffelde, am 16. Apr. 1330.

— Nos Gyfo, Godeke et Volceke fratres, armigeri, dicti Sconeberche, — honorabilibus viris dominis Canonicis in Stendal et ecclesie eorundem iusto contractus titulo pro numerata pecunia scilicet centum et XI. Marcarum stendaliensis argenti, villam In Staffelde vendidimus cum omni Jure, quo ipsam possederamus in alto et basso, cum Jure patronatus, cum equo pheodali, cum minuta decima super Cofatos, cum seruiciis curruum et quibuscumque aliis seruiciis, cum pratis, pascuis, nemoribus, mericis, siluis, lignis, agris cultis et incultis, aquis, viis et inuis, cum omnibus sui distincti-
onibus, cum decem et octo Talentis reddituum et omnibus suis pertinenciis, quibuscumque eciam nominibus censeantur. Preterea recognoscimus Quod bona omnia et singula ad manus et pro commodo predictorum dominorum canonicorum in inpheodatione nostra pristina illesa debemus fideliter seruire, donec sepedicti Canonici pro resignacione predictorum honorum nos duxerint requirendos. Nam extunc ipsa absque vlla difficultate, quando et vbi sepefati Canonici decreuerint, libere volumus resignare. Nos nichilominus predictos Canonicos et suam ecclesiam de bonis predictis coram quibuscumque requisiti fuerimus, plenarie volumus Warandare . . . Fideiussores vero pro omnibus et singulis obligacionibus predictis honorabiles viri Hinricus de Runttorpe, Heyfo de bertekowe, Zabellus de Nyenkerken, beteke et fritseko dicti de dequede et hennig de brizeke armigeri, qui vna nobiscum tribus, vt premittitur fideiussorie promiserunt. Et si aliquem vel aliquos ex ipsis vel nobis nutu dei morj contigerit, Tunc alius vel alii in locum mortui vel mortuorum per nos infra mensem a tempore mortis computandum debet vel debent absque contradictionis iaculo subrogari. In quorum euidenciam sigilla nostra vna cum sigillis aliorum confideiussorum nostrorum predictorum presentibus duximus apponenda. Datum stendal, anno domini M^o. CCC^o. XXX^o, secunda feria post quassimodo geniti.

CXIV. Das Domcapitel acceptirt das von dem Vicar Rose erhaltene Vermächtniß, am 30. Nov. 1330.

— Nos Fridericus decanus Totumque Capitulum Ecclesie sancti Nycolai in stendal, Recognoscimus et presentibus profitemur, Quod honestus vir dominus Rosa dicte ecclesie nostre perpetuus

vicarius, ad appetenda fiducialius sempiterna, pro estimato pretio nobis perfoluto decem et octo denarios Brandenburgensis monete comparavit, dandos eidem quamdiu vixerit in octava Epiphaniae de nostris oblationibus annuatim pro tempore quicumque fuerit nostrum per plebanum: Sane ipso domino Rosa debitum univere Carnis exsolvente, Idem statuit dictos denarios in quolibet suo anniversario sic distribuendos, quod plebanus tres, Ecclesiasticus qui pro tempore fuerit duos et suus socius campanarius unum denarium habebunt de eisdem. Residuum totum plebanus cum Rectore camere inter sacerdotes vicarios parcietur, et hoc nostro cum consensu sepe dictus dominus Rosa statuit perpetuis temporibus duraturum: et ne cuiquam calumpnia valeat suboriri de premissis, sigillum nostri Capituli ex nostra certa scientia presentibus est appensum. Actum anno domini M^o. CCC^o. XXX^o, feria sexta ante Nycolaum, in nostro Capitulo generali et datum per manum Johannis Wolf Ecclesie nostre tunc plebani.

CXV. Markgraf Ludwig verzeigt dem Domstift das Dorf Staffelde, am 23. oder 31. Aug. 1333.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, — Honorabilibus viris et discretis . . . Preposito . . . Decano, Totique Capitulo Ecclesie Stendalensis, et ipsi Ecclesie, dedimus, donavimus, appropriavimus et presentibus appropriamus, villam dictam Staffelde, una cum Decem et octo fructibus denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum, in eadem villa sitis, cujus collatio nobis pertinuit, cum omnibus suis Juribus, et specialiter cum supremo et infimo Judicio, jure patronatus, equo servili, universisque modis et conditionibus, quibus ipsam villam fideles nostri dilecti Gyso, Godiko et Woltziko, fratres de Schonenberg, a nobis nomine feodi tenuerunt, cum jurisdictionibus, pertinentiis, redditibus, honoribus, distinctionibus, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, mericis, paludibus, aliisque rebus et bonis, eidem rite pertinentibus, sic quod ipsi, ipsorumque successores, dictam villam debebunt et debent sine omni inquietatione iuste et directo proprietatis titulo perpetue possidere. Singulisque tamen juribus et consuetudinibus, nobis in dicta villa pertinentibus, quibus integre gaudere sive frui volumus, omnimodo reservatis. In cujus rei Testimonium presentes conscribi, Sigillique nostri appensi munimine iussimus communiri. Datum Anno domini Milleesimo Trecentesimo Tricesimo tertio, In vigilia Beati Egidii.

Ann. Die Urkunde befindet sich auch im Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. IV. Das Datum ist hier in vigilia S. Bartholomaei. (23. August).

CXVI. Die Herzogin Agnes beleihet Heinrich Junge zu Stendal mit den von Heinrich von Kloden und Johann Arnstedt erkaufte Hufen in Göhren, am 26. Jan. 1334.

In Nomine domini Amen. Agnes, dei gratia in Brunefwick ducissa ac antique marchie domina, — cum honesti famuli, Hinricus de Cloden, Johannes de Arnstede, tres mansos, sitos in campis ville Ghore, solventes novem frusta reddituum et dimidium, cum quadam curia ibidem, a quibusdam in civitate Stendal et extra residentibus emendo comparatos, a nobis tenerent in pheodo, dicti famuli, tractatu et conventionibus cum Hinrico dicto juvene, et mentzen ipsius svagero, prehabitis et iniis, ipsos tres mansos et curiam pretactos, cum omni jure ipsis competenti, recepto sufficienti et convento ob id pretio, ad manus juvenis et mentzen predictorum et suorum heredum, nobis concorditer resignarunt, Nos igitur hujusmodi tres mansos et curiam, ab omni precaria

cenſu, pacto, advocatia et ab univerſis et ſingulis ſervitiis curruum et aliis quibuſcunque etiam cenſeantur nominibus, ſolutos et liberos, Hinrico juveni et mentzen prius tactis, titulo pheodali contulimus et preſentibus conferimus, cum omni jurisdictione in ſupremo et inſimo intra ſepta predictę curię, libertate et omni juris civitatę integritate, quibus cives noſtrarum civitatum ſua bona poſſident et dicti ſamuli eoſdem manſos et curiam hactenus poſſederant, jure hereditario libere poſſidendos, Hoc ſane adjecto moderamine, quod quamdiu Hinricus juvenis vel aliquis ſuorum heredum ſupervixerit, nec mentze nec quiſquam heredum ſuorum de dictis bonis ſe intromittere debeat, ſed Hinricio juvene et ſuis heredibus omnibus ad vocationem domini decedentibus, ipſe mentze vel quicumque heredum ſuorum reſiduus vel ſuperſtes fuerit, eadem bona jure et libertate premiſſis integraliter poſſidebit. Inſuper Hinricum juvenem et Mentzem in poſſeſſionem dictorum bonorum per quendam, Halt dictum, noſtrum marſcalcum, induci fecimus, ipſis quoque tradidimus et preſentibus tradimus veram juſtam poſſeſſionem et liberam, jure hereditario prout premiſſitur obtinendam. Et ne venditio, reſignatio, collatio, traditio, in poſſeſſionem miſſio, prelibate, ullam in poſterum patiantur calumpniam, preſentem paginam inde confeſtam, noſtri ſigilli munimine roboratam, Hinrico juveni et mentzen predictis eorundem bonorum emptoribus tradidimus ad cautelam, in preſentia teſtium ſubſcriptorum, domini Conradi prepoſiti eccleſię in ſtendal, domini Hinrici Man, domini Bodonis, noſtrorum Capellanorum, et domini Conradi de oſterburgh, militis, henekini Noyen, fanderi de ungelingh, civium in ſtendal, et aliorum plurium nichilominus fide dignorum. Actum et datum Tangermunde, anno domini Milieſimo Trecentefimo Triceſimo quarto, in Craſtino converſionis beati Pauli apoſtoli.

CXVII. Markgraf Ludwig vereignet in Gemeinschaft mit dem Herzoge Otto von Braunschweig und deſſen Gattin Agnes das Dorf Nyendorf dem Domſiſte zur Gedächtniſſfeier der Markgrafen Woldemar und Hermann, am 24. Juli 1334.

— Lodewicus, dei gratia Brandenburgę et Luſatie Marchio — eccleſiam collegiatam ſancti Nycolai in ſtendal, caritatis interne viſceribus amplectentes, ex deliberato animo et maturo noſtrorum conſilio, donavimus dedimus et preſentibus donamus donacione ſolempni, ipſi dicte eccleſię et ejuſdem eccleſię canonicis, ob cultum divinum inibi ampliandum, et ad devotam inſtantiam Illuſtris principis Agnetis, duciſſe brunſwicęſis, dilecte noſtre matertere, ac in memoriam predeceſſorum noſtrorum Inclitorum principum Marchionum Brandenburgęſium, et precipue incliti principis Woldemari Marchionis, modo et tempore quibus ſubjungitur peragenda, Proprietatem ville Nyendorp, ſite prope Stendal, cum omnibus ac ſingulis ſuis pertinentiis, diſtinctionibus, commodis, honoribus, fructibus, ſcilicet cum viginti et quatuor manſis dicte ville adjacentibus, cum Jure patronatus, quod tamen antea ex donacione dictorum principum habuerunt, Cum ſculteto, cum lignis, filvis, pratis, paſcuis, nemoribus, mericis, paludibus, agris cultis et incultis, aquis, viis et inviis, Pacto, Cenſu quocunque, Preterea cum omni fructu, utilitate et proprietate, cum univerſis ſervitiis tam curruum quam aliis quibuſcunque etiam cenſeantur nominibus, Cum omni Jurisdictione et Juris integritate in ſupremo et inſimo et cum advocacia, Inſuper cum omni Precaria ad quocunque eciam uſus et ſubſidia exigatur, Cum eciam illuſtres Principes Otto dux Brunſwicęſis et Agnes duciſſa ipſius conthoralis, quecunque in predicta villa Nyendorp ſita prope Stendal, dotalicii et vitalicii nomine habuerant,

cum omnibus suis pertinentiis et inphodacionibus, in alto et infimo, sicut hactenus possederant, predictae ecclesie Stendalgenſi donaverint, tradiderint et libere prout premititur, in honorem dei et specialeſem favorem canonicorum ibidem duxerint condonanda, Ita sane quod ſepedite ecclesie canonici, memorias inclitorum Principum, certis et ſtatutis temporibus, videlicet memoriam domini Woldemari Marchionis bone memorie in vigilia aſſumptionis beate virginis *), Memoriam domini Hermanni Marchionis et Anne uxoris ſue pie recordationis in vigilia Purificationis beate Marie **), Memoriam quoque noſtri Lodewici pretacti, ac Memorias Illuſtrium Principum, domini Ottonis ducis Brunſwicenſis et Agnetis uxoris ſue, temporibus ſuis, in vigiliis, miſſis, commemoracionibus et ſtipis ſolempniter debebunt peragere annis ſingulis, quemadmodum ab ipsis peragitur memoria ejuſdem ecclesie fundatoris principalis. Renunciamus itaque nomine noſtri noſtrorumque heredum et ſucceſſorum renunciacione debita et ſolempni pro ſalute anime noſtre et principum predictorum proprietati et omni utilitati predictae ville Nyendorp, quoad omnem fructum et uſum ſervicii et precarie, nec non quoad omne jus, quod nobis aut noſtris heredibus vel ſucceſſoribus ex quacumque cauſa competere poſſet in futurum, Nichil nobis penitus in premiſſis aut premiſſorum aliquo reſervantes, ſed in dictam eccleſiam et ipſius eccleſie Canonicos premiſſa omnia et ſingula preſentibus transferentes quiete et pacifice perpetuis temporibus poſſidenda. Prohibemus nichilominus noſtros advocatos et bodellos, qui pro tempore fuerint, noſtrorum quoque ſucceſſorum officiales superiores et inferiores, ne ammодо de moleſtatione ſeu vexatione dicte ville ſub obtentu noſtre gratie ſe aliquoſiter intrommittant. Et ne ſuper hoc alicui in poſterum dubium valeat generari, preſentem litteram inde conſectam ſuper eo dari juſſimus, noſtri ſigilli munimine una cum ſigillis Illuſtrium principum Ottonis ducis Brunſwicenſis et Agnetis duciſſe uxoris ejuſ firmius roboratam. Et Nos Otto, dei gratia dux Brunſwicenſis, ac Agnes, eadem gratia duciſſa, ipſius ut premititur conthoralis, pro omnium premiſſorum ſtabili obſervatione et evidentia ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Teſtes vero premiſſorum ſunt honorabiles viri et domini Guncelinus de Bertensleve, Ludolfus de Hōllinge, Conradus de Oſterborgh, Johannes de Buch, Henninghus de Jaghowe, Milites, Dominus Conradus de arnſtede, Magiſter Johannes de Ghotinge, Hermannus de Luchowe et quam plures alii fide digni. Actum et datum Tangermunde, anno domini Milleſimo Trecentefimo Triceſimo quarto, Vigilia beati Jacobi apoſtoli.

CXVIII. Das Capitel bekundet, wie der Domherr Johann von Cloden mit Einbringung einer jährlichen Getreidepacht aus Buchholtz, ſeine Gedächtniſſfeier verſichert habe, am 24. März 1335.

— Conradus, dei gratia prepoſitus, ac Fredericus eadem gratia decanus, Totumque eccleſie Stendalgenſis Capitulum, — cum honorabilis vir dominus Johannes de cloden felicis memorie, quondam noſter concanonicus, dimidium chorum duplicis annone videlicet ſiliginis et ordei, ſitum in Curia Arnoldi dicti wendel ville Buchholtz, ab honeſto famulo Hinrico dicto de cloden fratre ſuo emendo comparafſet, Idem Hinricus, conventionibus prehabitis et recepto convento ob id pretio, hujusmodi chorum dimidium cum omni jure ſibi competenti nobis reſignavit. Nos igitur habentes cho-

*) Das iſt am 14. Auguſt.

**) Das iſt am 1. Februar.

rum eundem ad nos jure proprietatis pertinentem, in manu nostra liberum et solutum, tractatu super hoc inter nos inito et prehabito, ipsum dimidium chorum in quadam curia ville Buchholt ut premititur situm, cum omni jure et proprietate, sociis in camera nostre ecclesie, in memoriam predicti domini Johannis et sue anime salutem, tradidimus et in hiis scriptis tradimus, annis singulis inter eos qui in ipsius anniversario vigiliis et missis interfuerint, distribuendum et temporibus perpetuis libere possidendum, Decernentes pretactum dimidium chorum ad eosdem socios in camera jugiter pertinere, ut domini Johannis sepedicti memoria per ipsos studiosius et diligentius habeatur. Ut igitur hec ordinatio etc. Actum et datum Stendal, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo quinto, feria sexta ante dominicam, qua cantatur Letare Jherusalem, in Capitulo nostro generali.

CXIX. Herzog Otto von Braunschweig entscheidet, daß Günzel von Bartensleben in den Dörfern Schernekow und Ballerstede, welche dem Domsitze zugehörig, kein Recht habe, am 29. Apr. 1336.

Nos dei gracia Otto, dux Brunswicensis, Recognoscimus publice in hiis scriptis, Quod Bona, que domini Canonici Ecclesie Stendalensis in villa Scernekov et Ballerstede habent, Guntzellino de Bertensleve per nos non sunt collata nec inphedata, Eo quod dicti domini Canonici huiusmodi Bona in eisdem villis omni libertate ac proprietate possident, videlicet etiam cum decima minuta atque serviciis curruum super litteris eorum seu privilegiis plenarie sumus informati ipsosque in iure eorum ac libertate dictorum Bonorum etiamque aliorum suorum Bonorum, prout in privilegiis eorum continentur, Contra prenominatum Guntzellinum de Bertensleve confoneri volumus fideliter ac tueri, contra quosunque etiam privilegiorum suorum ac iurium violatores. Specialiterque fatemur, Guntzellinum sepedictum nichil iuris habere in Bonis dominorum Canonicorum supradictis, prout lucidius in eorum privilegiis est expressum. In premissorum evidens testimonium presentes sigillo nostro fecimus communiri. Datum Tangermundis, Anno domini M^o CCC^o. XXX sexto, feria secunda proxima post dominicam, qua Cantatur Cantate domino.

CXX. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem St. Nicolaisitze in Stendal einen Hof im Dorfe Woldenrode, damit aus den Einkünften desselben die Kirche feierlich erleuchtet werden kann am Jahrestage der Herzogin Agnes, am 9. Nov. 1336.

Nos dei gracia Otto dux Brunswicensis, — honorabilibus viris dominis canonicis in Stendal et Ecclesie eorundem in villa woldenrode curiam cuiusdam nunc dicti wacker cum duobus mansis, Reditibus, Censu, Precaria, seruitio, exactione, cum omni Jure et suis attinentiis, quibuscunque etiam nominibus seneantur, dedimus et presentibus libere donamus, ad luminaria in anniversario Inclite domine Agnetis ducisse in Brunswich, pie Recordacionis, quondam nostre domine conthoralis, facienda, nec non omnium aliorum principum, prout in aliis eorum privilegiis lucidius continentur, Nichil nobis in eadem curia, Jure et suis attinentiis, ut premititur, Reseruantes. Ut huiusmodi donacio firma permaneat presens scriptum munimine nostri sigilli fecimus communiri, presentibus honorabilibus viris Alberto de Luderitze milite, Conrado de Buch, Hinrico de Clodene ac frederico Volc-

felde, famulis, necnon aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Tangermundis, Anno domini M^o. CCC^o. XXX sexto, Sabbato die proximo ante festum beati martini Episcopi et Confessoris.

CXXI. Erzbischof Otto von Magdeburg bestellt einen Procurator zu der Prozesssache, die er mit dem Domstift Stendal über das Patronat der Kapelle zu Hildagesburg führt, den 20. Apr. 1337.

Nos Otto, dei gratia Sancte Magdeburg. ecclesie Archiepiscopus, Totumque Capitulum eiusdem ecclesie, — in causa — super Jure patronatus Capelle in hildinghesburch nostre dyocesis — honorabilem virum Johannem de Suntra, nostre ecclesie Canonicum, facimus et constituimus nostrum et ecclesie nostre procuratorem Syndicum et nuncium specialem, Dantes eidem plenam ac liberam potestatem et mandatum speciale agendi, defendendi, libellos dandi et recipiendi, litem contestandi, cujuslibet generis sacramentum in animas nostras prestandi, ponendi et articulandi concludendi etc. In quorum omnium et singulorum testimonium Sigillum nostri Ottonis Archiepiscopi predicti presentibus est appensum. Actum et Datum Magdeburg, anno domini M^o. CCC XXXVII, vicesima die mensis Aprilis.

CXXII. Schiedspruch, durch welchen die Kapelle zu Hildagesburg dem Domstifte Stendal zuerkannt ist, vom 3. Mai 1337.

— Nos.. Officialis curie Magdeburgensis — anno domini M^o. CCC^o. XXX septimo, tertia die mensis Maji, hora nona, in domo habitationis honorabilis viri domini Johannis decani ecclesie Magdeburgensis constituti in presentia nostra ac Johannis de Aken notarii publici necnon testium ad hoc vocatorum et rogatorum videlicet domini Johannis decani jam dicti, magistri Guntheri de Hedewigeffen medici, Johannis Palmedach perpetui vicarii ecclesie Magdeburgensis et Johannis de Gamin, Honorabiles viri domini Johannes de suntra canonicus ecclesie Magdeburgensis et investitus cappelle in Hildinghesburch Magdeburgensis dyocesis pro se et procuratorio nomine venerabilis in Christo patris domini Ottonis sancte Magdeburgensis ecclesie jam dicte Archiepiscopi parte ex una, et Marquardus de Bardeleve, canonicus ecclesie Stendalensis, Halberstadenensis dyocesis, pro se et procuratorio nomine — parte ex altera, compromiserunt in nos tamquam in amicabilem compositorem. — Nos igitur — laudamus, arbitramur et pronunciamus dominum, Marquardum predictum nomine Decani et Capituli ecclesie Stendalensis predictorum restituendum et reponendum in possessionem prefate cappelle, ejusque possessione pacifica debere exnunc et in antea gaudere, fructus vero perceptos et obventiones, expensas, dampna et interesse utrobique quitamus et cassamus, Injungentes partibus predictis et mandantes sub pena antedicta, ne quis alterum super aliquo eorundem in judicio vel extra convenire presumat, inpetere vel perturbare. Quibus pronunciatis procuratores dictarum partium ibidem presentes pro se et suis dominis presentem hanc nostram pronunciationem, laudationem et arbitrium requisiti a nobis promiserunt firmiter observare. Eodem vero die hora vesperarum presente notario supra dicto et testibus, videlicet domino Ulrico preposito sanctimonialium in Wolmirstede magistro Gunthero predicto, Wulperto clerico et aliis quam pluribus fide dignis nos.. Officialis, sepedictus dictum dominum Mar-

quardum in possessionem ipsius cappelle reduimus corporalem nomine suo et dominorum suorum predictorum, adhibitis quoad hoc sollempnitatibus debitis et consuetis. In quorum etc. Acta sunt hec Magdeburgi et in Hildinghefburch, anno mense die et horis prenotatis, presentibus testibus supra scriptis. Et ego Johannes de Aken clericus Magdeburgensis dyoecesis publicus auctoritate Imperiali notarius etc.

CXXIII. Notariatsinstrument über den Hergang dieses Prozesses, vom 5. Mai 1337.

— Pridem venerabilis in christo pater ac dominus noster dominus Otto, Sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus nobis officiali curie Magdeburgensis causam, que vertebatur inter ipsum suumque Capitulum et ecclesiam magdeburgensem parte ex vna et honorabiles viros Decanum et Capitulum ecclesie Stendalgenfis — parte ex altera, super Capella dicta hildinghefburch eiusdem magdeburgensis dyoecesis et jure patronatus ipsius presentibus honorabilibus viris dominis Ludowico de honsten Thezaurario halberstadenfis et Gherlaco de honueltz canonico magdeburgensis ecclesiarum consencientibus etiam et presentibus ibidem, scilicet in castro wolmerstede, dominis Johanne Suntra Canonico Magdeburgensis, inuestito ad dictam Capellam per eundem dominum Archiepiscopum et procuratore ac Syndico ipsius domini Archiepiscopi, — et marquardo de Bardeleue, canonico Stendalgenfis ecclesiarum predictarum, procuratore et Syndico decani et capituli ecclesie Stendalgenfis predictorum, oraculo viue vocis commisit audiendam et sine debito terminandam —. Comparentibus itaque in iudicio coram nobis procuratoribus et Syndicis antedictis dictus Johannes petitionem seu libellum pro se et procuratorio nomine quo supra obtulit hujus tenoris: Coram vobis honorabili viro domino officiali curie Magdeburgensis Judice quoad causam Infra-scriptam specialiter electo et deputato, dicit et in jure proponit Johannes de Suntra, canonicus ecclesie Magdeburgensis et rector cappelle in hildinghefburch, pro se et procuratorio nomine pro parte venerabilis in christo patris domini Ottonis archiepiscopi capituli et ecclesie Magdeburgensis, contra honorabiles viros decanum et capitulum ecclesie Stendalgenfis halberstadenfis dyoecesis, Quod licet cappella de hildinghefburch Magdeburgensis dyoecesis constituta sit sub dominio et districtu ac Jurisdictione temporali domini sui archiepiscopi magdeburgensis ipsaque Cappella et ejus prouisso ac dispositio ad Archiepiscopum magdeburgensem, qui est pro tempore, pertinuerit et pertineat pleno jure, tamen honorabiles viri decanus et capitulum ecclesie Stendalgenfis predicti falso asserentes ipsam Cappellam cum suis fructibus et pertinentiis incorporatam esse decanatu ecclesie sue et annexam, de eadem temere se intromiserunt et intromittunt fructusque ipsius et redditus perceperunt et percipere nituntur, ipsum Johannem grauiter impediendo, quominus dictam capellam sibi canonice collatam per reuerendum in christo patrem dominum Ottonem Archiepiscopum Magdeburgensem cum suis redditibus et pertinentiis valeat pacifice possidere. Petit igitur dictus Johannes pro se et procuratorio nomine — per vos condemnari et compelli prefatos Decanum et capitulum ad satisfactionem injurie predictae cum expensis, dampnis et interesse ac fructibus perceptis et qui percipi poterunt, necnon prohiberi et compelli per censuram ecclesiasticam, ut ab inquietatione et perturbatione prefata desistant: offert etiam se in facto consistencia legitime probaturum. — Deinde vero dominus marquardus, procurator et Syndicus predictorum dominorum decani et capituli ecclesie Stendalgenfis similiter in continenti petitionem obtulit in hec verba. Coram vobis honorabili viro domino Officiali curie magdeburgensis Judice quoad causam

infra scriptam specialiter electo et deputato dicit et in iure proponit contra honorab. virum dominum Johannem de Suntra, Canonicum ecclesie magdeburgensis, marquardus de Bardeleue, canonicus Stendalg. halberstadenſis dyoceſis procurator pro ſe et procuratorio nomine — Quod licet Capella de hildingheſburch, magd. dyoceſis, ſit et fuerit ab antiquis retroactis temporibus decanatu et eccleſie predictae incorporata canonice et annexa, cum omnibus redditibus et pertinentiis et ab eodem Decano, qui fuit et eſt pro tempore, per ydoneum ſacerdotem officari et regi debet et debebat, Dictique Decanus et Capitulum ſunt et fuerunt in plena et pacifica poſſeſſione uel quaſi huiusmodi iuris a tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, Archiepiſcopis, qui fuerunt pro tempore, Decano et Capitulo magdeb. eccleſie predictae ſcientibus, patientibus et non contradicentibus uſque in diem preſentem; Tamen venerab. in chriſto pater dominus Otto, Archiepiſcopus magd. eccleſie ſupradictae, honorab. viro domino Johanni de Suntra predicto de preſata capella prouidit de facto ipſumque inueſtuit et in poſſeſſionem mitti fecit corporalem, premiſſis non obſtantibus, in graue prejudicium predictorum dominorum decani capituli et eccleſie dampnum et iacturam. Quare petit dictus procurator pro ſe et procuratorio nomine — Quatinus, cum vobis conſiterit de premiſſis, per veſtram diffinitiuam ſententiam pronuncietis et decernatis, predictam incorporationem et poſſeſſionem eſſe et fuiſſe canonicam, dictam quoque collationem inueſtituram et poſſeſſionem factam et aſſignatam memorato domino Johanni eſſe et fuiſſe inuſitatum, Ipſique — perpetuum ſilentium inponendo etc. — Demum ſupradictis procuratoribus coram nobis in iudicio conſtitutis — ſententiam diffinitiuam per nos ferri poſtularunt in cauſa prelibata. Nos igitur officialis antedictus pro tribunali ſedentes viſis et examinatis productis et probatis communicato iuriſperitorum conſilio et prehabita deliberatione matura, — in ea, que vidimus et cognouimus — ſentenciando — pronunciamus —, capellam de hildingheſburch ſupradictam ad preſatos decanum et Capitulum eccleſie Stendalg. cum omnibus ſuis fructibus iuribus et obuentionibus pertinuiſſe et pertinere debere eidemque decanatu Stendalg. rite et canonice incorporatam eſſe. Lata eſt hec ſententia Magdeburg. in domo habitationis noſtre anno domini M^o CCC^o XXX^o ſeptimo, quinta die menſis maii, hora tertia, preſentibus venerab. in chriſto patre domino hinrico abbate in Nyenburch, domino herdeghone milite, magiſtro philippo de Duderſtad auctoritate Imperiali publico notario, Johanne de aken notario noſtro infraſcripto et Demere famulo teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter et rogatis.

CXXIV. Der Erzbischof Otto von Magdeburg bekennt, daß das Patronat über die Kapelle zu Hildagesburg dem Dechanten zu Stendal zuerkannt ſey, am 6. Mai 1337.

Nos Otto, dei gratia Sancte Magdeb. eccleſie Archiepiſcopus, — quia dudum facta commiſſione per nos oraculo viue vocis honorab. viro officiali curie noſtre de conſenſu parcium in cauſa, que vertebatur inter nos et Capitulum eccleſie noſtre ac Johannem de Sunter, canonicum eccleſie noſtre, inueſtitum de capella in hildingheſburch noſtre dyoceſis parte ex vna, et honorab. viros decanum et Capitulum eccleſie Stendalgensis halberſtadenſis dyoceſis parte ex altera, ſuper iure patronatus ejuſdem capelle; Idem Officialis vocatis procuratoribus dictorum parcium et ordine iuris obſeruato per ſuam diffinitiuam ſententiam pronunciauit et declarauit, predictam cappellam in hildingheſburch ad decanum et Capitulum Stendalgensis eccleſie ſupradictae pertinuiſſe et pertinere debere, ipſique decanatu cum ſuis iuribus et obuentionibus eſſe et fuiſſe annexam et incorporatam cano-

nice, — sententiam ratam habemus ipsique consentimus, nolentes statutis et preceptis iuris contradicere, sed potius affectantes nos ipsorum sententiis in omnibus conformare, Presentium nostrarum testimonio litterarum, quibus nostrum Sigillum quo vtimur est appensum. Datum et actum in castro wolmerstede, anno domini M^o CCC^o XXX septimo, sexta die mensis Maii.

CXXV. Papsi Benedict XII. bestellt eine Commission zur Entscheidung des Streites über die Kapelle zu Hildagesburg, am 12. Mai 1337.

Benedictus episcopus, seruus seruorum Dei, Dilectis filiis sancte Marie ad Gradus Maguntin. et sancti Johannis decanis ac Scolastico sancti Stephani Maguntin. ecclesiarum. — Sua nobis dilecti filii fridericus decanus et Capitulum ecclesie Stendaliensis halberstadenfis diocesis petitione monstrarunt, quod licet Capella in hildungesborch Magdeb. diocesis de iuribus et pertinentiis decanatus eiusdem ecclesie etiam de antiqua et approbata et hactenus pacifice obseruata consuetudine fuerit et existat et tam ipse decanus quam predecessores sui decani eiusdem ecclesie, qui fuerunt pro tempore, dictam Capellam tanquam de iuribus et pertinentiis dicti decanatus tenuerint et possederint a tempore cuius contrarii memoria non existit, quia tamen venerabilis frater noster Archiepiscopus Magdeburg. loci Metropolitanus, minus ueraciter asserens, ad se collationem dicte Capelle spectare, Capellam ipsam etiam non uacantem dictisque Decano et Capitulo non uocatis sed absentibus non per contumaciam, Johanni de Suntra Canonico Magdeburgensi de facto, cum de iure non posset, dicitur contulisse, pro parte dictorum decani et Capituli, quamprimum huiusmodi collatio ad eorum notitiam peruenerit, sententium ex ea indebite se grauari, fuit ad sedem apostolicam appellatum ac idem Archiepiscopus huiusmodi appellatione contempta prefatum Johannem mandauit et fecit in eiusdem Capelle corporalem possessionem induci, propter quod pro parte dictorum decani et Capituli fuit iterato ad sedem appellatum eandem, dictusque Archiepiscopus spretis appellationibus antedictis fructus redditus et prouentus ipsius Capelle mandauit et fecit pro suo libito arrestari: propter quod pro parte dictorum decani et capituli ad dictam sedem denuo extitit appellatum. Quocirca discretioni uestre de utriusque partis procuratorum assensu per apostolica scripta mandamus, quatinus Maguntiam uocatis, qui fuerint euocandi et auditis hincinde propositis, quod canonicum fuerit appellatione remota decernatis, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Auinion, III. Id. Maii Pontificatus nostri anno Tertio.

CXXVI. Markgraf Ludwigs Bestätigung und Schutzbrief für den Dom zu Stendal, vom 29. Juli 1337.

Lodowicus, dei gracia brandenburgensis et Lufacie marchio. — Veniens ad nos honestus et discretus vir, dominus marquardus, capituli sue collegii sancti nycolai ciuitatis Steindalensis Canonicus, capellanus noster dilectus, nobis eorundem nomine, quod ipsis ipsorum jura pri-

vilegia, gracias, concessiones, libertates, emunitates et donaciones quascunque, per magnificos principes marchiones brandenburgenses predecessores nostros dilectos bone recordacionis ipsi collegio datas, concessas, data seu concessa, ex beneuolencia nostre gracia confirmare, ratificare et approbare dignaremus, humiliter supplicauit. Cuius quidem iustis et rationabilibus petitionibus iuxta vota annuimus et duximus annuendum, Ipsi capitulo et collegio predictis ob diuine remuneracionis respectum et ob singularem, quem ipsis gessimus et gerimus fauorem, confirmamus, ratificamus et approbamus omnia Jura, priuilegia, gracias, concessiones, libertates, emunitates et donaciones, per magnificos principes marchiones brandenburgenses predecessores nostros dilectos bone recordacionis, ut premittitur, eciam et nos rite datas, concessas, data seu concessa, presencium testimonio litterarum, Recipientes insuper capitulum et collegium prenominata cum rebus, bonis et pertinentiis ipsorum vniuersis in nostre, tuicionis et defensionis presidium singulare sic, quod ipsa a turbatoribus et inuasoribus illicitis pro ipsorum iure confouere volumus et efficere, prout poterimus, confoueri. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt strenuus vir dominus Johannes de buch, capitaneus noster dilectus, Johannes Hufener camere nostre magister, ditericus de Zickowe officiatu in vranchenfurth, milites, honestus vir Gerwinus prepositus Bernowensis, capellanus noster dilectus, hasso de Wedele cum ceteris pluribus fide dignis. Datum berlin anno domini millesimo tricentesimo tricesimo septimo, tercia feria proxima post festum beati iacobi apostoli.

CXXVII. Markgraf Ludwig vereinigt die Pfarren zu Prizwall, Kyritz und Arneburg mit dem Domstift Stendal unter der Bedingung die Präbaturen und Präbenden des Stifts zu verleihen, am 25. Jan. 1338.

Lodowicus etc. Honorabilibus viris etc. preposito decano totique capitulo collegii in Stendal etc. Sane cum vos per generosum et magnificum principem bone recordacionis Albertum marchionem Brandenburgensem et per nobilem virum henricum comitem de Gardelene minus sufficienter dotati seu fundati sitis, vt verius cognouimus, occasione cuius crisi posset seruitus si non caueretur subsidioso remedio minorari, vobis presentibus et eciam succedentibus ex beniuolencia mentis nostre singulari defectum eundem ob perpetuam bone recordacionis Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam, graciosè supplere volentes, vobis et vniuersis vestris successoribus animo deliberato maturoque prehabito consilio damus, donamus, appropriauimus et presentibus appropriamus Ecclesias parochiales ciuitatum nostrarum uidelicet prizwale, kyritz et arneburg cum singulis et vniuersis ipsarum pertinentiis, iuribus, honoribus, libertatibus, usufructibus et commodis quibuscunque ad ipsas ex debito vel ex consuetudine pertinentibus sine impedimento et inpeticione qualibet tenendas, habendas et pacifice perpetue possidendas. Confirmamus eciam approbamus et ratificamus gratiam, dacionem et appropriationem rite vobis per predecessores nostros Marchiones Brandenburg. felicitis memorie ecclesie parochialis ciuitatis nostre Tangermunde et altaris sancti martini in Ecclesia collegii vestri siti factam, dummodo ipsa ecclesia vna cum altari predicto sub condicionibus Ecclesiarum superius remaneat expressarum, Renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni accioni et iuri, quod nobis circa premissas ecclesias et ipsum altare cum ipsarum et ipsius pertinentiis hactenus competebat, id ipsum in vos et successores

vestros vniuersos omnimode et libere transferendo, tali tamen condicione interposita vel adiecta, Quod nos heredes et successores nostri habebimus et habebunt sine omni vestra contradictione et opposicione singulas et vniuersas prelaturas, dignitates et prebendas dieti uestri collegii qualitercunque nominatas, decanatu vero sub condicione prout sequitur duntaxat excepto, sue vacationis tempore conferendi de de manu personis ydoneis porrigendi perpetue plenariam et liberam facultatem. Annimus eciam vobis ex beneficio fauoris singularis, Quod cum decanatus ecclesie vestre vacauerit, quod vniformiter vel major et sanior pars ex vobis sub iuramento super eo presuito de persona discrecioni et competenciori ecclesie infra quindenem spacium videre ad nostramque presenciam deferre valeatis. Ex tunc cognita ipsius discrecione ad ipsam dignitatem decanatus cum sollempnitatibus consuetis et debitis, si que adhibende sunt, personam ad nos per vos delatam tenemur et volumus presentare. Quod si infra dictam quindenam per vos non fieret, tunc sine vestri contradictione vobis personam ydoneam ad dictum decanatum, cui obedienciam, vt moris est, facere debebitis, debebimus et potuerimus pro nostre voluntatis beneplacito presentare, Transferentes eciam omnia superius expressa ad nos spectancia in nostros heredes et successores ad ipsos volumus deriuari. In cuius etc. Testes frater henricus de Zeypplingen, dominus Jo. de buch, henricus de Ryfchach, beringerus heylo, bombrecht pineerna, cum ceteris datum frankinuurth, Anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o, in die conuersionis sancti pauli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LXVIII.

CXXVIII. Bischof Albert von Halberstadt nimmt das Domstift Stendal in seinen Schutz, am 3. April und 26. Mai 1338.

Nos Albertus, dei gratia halberstadenſis ecclesie Episcopus, Notum facimus, — quod in nostra presentia constituti honorabiles viri Conradus prepositus et fredericus decanus Ecclesie Stendalgenſis, nomine suo et ecclesie Sue, quedam priuilegia exemptionum et libertatum per felicis recordationis Clementem, Celestinum, Honorium et alium Clementem quondam Romanos pontifices ipsis et Ecclesie sue necnon omnibus Ecclesiis suis in opido Stendalgenſi de gratia Speciali concessa produxerunt et legi fecerunt humiliter supplicantes, Quatenus ipsos clericos et Ecclesias suas in Iuribus libertatibus atque exemptionibus suis secundum formam dictorum priuilegiorum ob reuerentiam Sedis apostolice dignaremur benigniter conseruare ac tueri. Unde visis et examinatis diligenter eisdem in singulis suis Capitulis, dictorum dominorum Supplicationibus iustis inclinatis, prefata priuilegia iuxta suas tenores atque formas promittimus fideliter obseruare dictosque dominos et Ecclesias suas in singulis suis libertatibus, iuribus et exemptionibus diligentius conseruare et ab ipsorum injuriatoribus et inuasiuoribus iuxta posse nostrum auctoritate nostra ordinaria per censuram Ecclesiasticam aut quouis alio modo, dum requisiti fuerimus ab eisdem dominis Canonicis ecclesie stendalgenſis, liberaliter defendere ac conseruare, diuine remunerationis intuitu et prefate Sedis ob respectum, cui in singulis obsequi volumus, vt tenemur, suisque sacris iussionibus, beneplacitis et statutis humiliter obedire. Datum langensteyn, anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. octauo, In crastino beati vrbani pape et martiris.

Ein zweites in demselben Archive befindliches Original stimmt bis auf die Schlußworte: In crastino Beati vrbani Episcopi et martiris wörtlich überein. Der Tag Vrbani Episcopi war der 2. April.

CXXIX. Der Knappe Arnold von Luderitz gen. Jagow verkauft seinem Bruder dem Domherrn
Wachsmuth Hebugen aus Schwarzlosen, den 2. Juli 1338.

Ego Arnoldus de Luderitz, dictus Jagowe, famulus, morans in Suartelose — pro pecunia numerata vendidi et dimisi irrenocabiliter dilecto meo fratri domino wasmodo de Luderiz Canonico Ecclesie Sancti Nycolai in Stendale vnum chorum frumenti reddituum annualium decem et octo videlicet modios siliginis et sex modios ordei sitos in Suartelose in Curia . . . sceynes, quos ipse uel quicumque etiam, cui ipse dominus wasmodus predictos modios frumenti commiserit, legauerit, donauerit uel assignauerit, perpetue tollet, percipiet pacifice et quiete. Ne autem eidem domino wasmodo aut cuicumque, qui predictam annonam ex parte sui tollere uel percipere debuerit hanc, siue meis heredibus et quibuscumque successoribus impedimentum contingat aliquale, presentem literam dedi meo sigillo sigillatam, presentibus honestis viris domino albertq et domino alberto de suartelose militibus, dictis de Luderiz, et Buffone de brunkowe et thiderico ejus fratre necnon Conrado de welle famulis et aliis testibus pluribus fide dignis. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o. in die processi et martiniani martyris.

CXXX. Markgraf Ludwig vereignet dem Heinrich Junge einen Hof in Göhren, am 8. Juli 1338.

— nos Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Iufatie marchio, — discretis viris henrico dicto Jungen, Menzikino eius genero eorumque veris et legitimis heredibus, ciuibus de Stendal, fidelibus nostris dilectis, curiam cum tribus mansis in villa Ghor, quam cum dictis tribus mansis ab illis de Ghor pro pecunia propria rationabiliter comparauerunt et emerunt, Damus et appropriamus cum omni Jure, proprietate, summo adque ymo, cum omni seruicio quocumque nomine ceafeatur, cum omni precaria omnique decima majori ac minuta, sine omni periculo ac impedimento perpetuis temporibus pacifice possidendam, Dummodo dictam curiam cum prenominitis tribus mansis ob animarum suarum salutem ecclesiasticis et diuinis cultibus voluerint applicare. Renunciamus etiam pro nobis ac nostris successoribus in bonis supradictis omni Juri etc. Testes vero hujus sunt strenui milites Altmannus de Deygenberge, Johannes hufener Camere nostre magister, Gerhardus wolf, dominus Johannes plebanus in kungefperg, nycolaus Oldrian ciuis de prenzla, Adam ciuis de posewalk cum ceteris pluribus fide dignis. Datum frankenfurth, anno Domini millesimo CCC^o. trecesimo octauo, In die beati kyliani martiris.

CXXXI. Bischof Albrecht von Halberstadt thut die Stadt Stendal wegen Errichtung einer
Schule in den Bann, am 13. November 1338, aus einem Notariatsinstrument, vom
15. Mai 1339.

In nomine domini Amen. anno natiuitatis ejusdem M^o. CCC^o. XXX. nono, Indictione Septima, XV. die mensis maii, hora prima vel quasi, Constitutus in mei notarij publici et testium Subscriptorum presentia plebanus ecclesie Sancti nicolai in Stendal literam quandam sigillatam vero sigillo maiori domini alberti, venerabilis in christo patris episcopi halberstadenfis et sigillis quorundam aliorum

suo mandato obedientium exhibuit, Cuius tenor talis erat: Albertus, dei gratia halberstadenſis
 eccleſie Episcopus diſcretis viris abbatibus, prioribus, prepoſitis, decanis, plebanis ſeu viceplebanis
 eccleſiarum capellarumque rectoribus vniuerſis per noſtram dioceſim conſtitutis, ad quos preſentes per-
 uenerint, Salutem in domino. Licet nuper mandauerimus auctoritate noſtra ordinaria Scabinis, conſulibus
 et magiſtris vniouum ac vniuerſitati opidi ſtendal noſtre dyoceſis, vt infra decem dies nouas ſcolas,
 erectas in dicto opido in prejudicium Canonicorum eccleſie ſancti nicolai ibidem, deſtruerent et rectores
 et magiſtros inſtitutos in eiſdem abmouerent ſub pena excommunicationis iuxta noſtrarum continentiam
 literarum; predicti vero conſules videlicet nicholaus guntheri, Johannes buch, hinricus bue-
 holte, gherardus noppow, rodolfus de biſmarke, Wynardus de ſchade, roſe weneri,
 ghyſo de ſchade morans apud ſenntam, arnoldus vlaſmegher filius Kononis, ebelinghus
 apud fratres, hogerus ac thydericus krufe, nunc regentes, ghotſcalcus de Jerichow, arnol-
 dus vlaſmegher, conradus hydde de ſcabinis nunc regentes, et magiſtri vniouum et vniuerſitas
 ejuſdem opidi in huius rebellionem et ſententiam excommunicationis dudum et contra noſtra mandata ſte-
 terunt et adhuc pertinaciter et contumaciter perfeuerant, verum expedit, vt vbi agrauatur culpa, ibi pena
 auementetur, vobis in virtute ſancte obedientie et ſub pena excommunicationis late ſentencie, quam in
 vos et quemlibet veſtrum, trium tamen dierum ammonitione premiſſa, in dei nomine in hiis ſcriptis
 ferimus, ſi mandatum noſtrum neglexeritis adimplere, precipiendo mandamus, quatenus predictos nomi-
 natim expreſſos publice moneatis de ambonibus veſtris, vt infra octo dies a publicatione preſentium a
 rebellionem ut premititur deſiſtant, alioquin ipſos nominatim expreſſos ex tunc ut ex nunc excommuni-
 camus in dei nomine in hiis ſcriptis, ipſos excommunicatos ſingulis diebus dominicis accenſis candelis
 et pulſatis campanis in veſtris eccleſiis publice nuntietis, magiſtros vniouum ac vniuerſitatem opidi
 ſtendal predicti in dei nomine eccleſie ſuſpendifimus ab ingreſſu. Reddatis literam veſtris ſigillis, qui
 requiſiti fueritis, ſigillatam ſub pena predicta. Datum langhenſten Anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o,
 feria ſexta proxima poſt diem beati Martini. Actum et datum anno Indictione die menſis hora pre-
 notatis preſentibus domino rodolfo de debelin, domino Johanno de hyldenſe, domino rodolfo
 klot perpetuis vicariis eccleſie ſancti nicolai in ſtendal cum aliis fide dignis.

Et ego nicolaus grobenitz clericus lubuenciſis dyoceſis — ſigno conſueto ſignauit.

CXXXII. Das Capitel zu Stendal verkauft den Teſtatoren des Phyſikers Peter zur Stiftung
 ſeiner Gedächtniſſfeier gewiſſe Hebungungen aus Buchholtz und Nyendorſ, am 20. Aug. 1339.

— Nos Conradus, dei gracia, Prepoſitus, Fredericus eadem gracia decanus To-
 tumque capitulum eccleſie ſancti Nycolai in Stendal — pro numerata pecunia nobis perſoluta Et in
 vſus dicte noſtre eccleſie redacta, Sex choros dari frumenti, ſitos in duabus villis noſtris, videlicet in
 uilla bucholtz Tres, vnum de curia bernardi, ſecundum de curia Nycolai de dornſtede, Tercium de
 curia de Wedelinghe, ſiliginis et ordeſi ibidem colonorum, Alios tres ſitos in uilla Nyendorp duos
 choros ſiliginis de curia Getlinghe et de curia Henninghi de buch decem et octo modios ſiliginis et
 ſex ordeſi ibidem morancium, honeſtis viris domino Johanni wulf noſtre eceleſie perpetuo vicario
 ac domino Johanni plebano in maiori ſweeten, Teſtatoribus magiſtri Petri phyſici bone
 memorie deſuncti, vendidimus et dimiſimus cum omni iure proprietatis, quo eccleſia noſtra poſſedit et
 habuit uſque in preſens. Quos choros dicti teſtatores, pie diſpenſacionis affectu, ad honorem dei pari-

terque memoriam dicti magistri petri perhennem ad vnum nouum altare in dicta nostra ecclesia construendum pie deputauerunt in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli pariterque sancte Barbare virginis consecrandum, Cuius altaris collatio tempore vacationis ad nos pertinebit. Ceterum prefati testatores, ut sepedicti magistri Petri memoria anniuersaria celebrior peragatur, statuerunt, Quod cuilibet canonicorum existenti in vigiliis de uespere et missa de mane dimidium scopam vini, Similiter et vicariis perpetuis personaliter accurrentibus cuilibet vnum quartam vini, Absentibus vero nichil. Dicti altaris uicarius pro tempore, quicumque fuerit, In omni anniuersario durante emolimento dicti altaris propinabit. Ipse etiam post missam uicarii domini koning indefinenter cottidie celebrabit. Etiam sepedictus vicarius singulis secundis feriis in suo altari missam celebrabit pro defunctis Et choro seruiet sicut alter. In omnium premissorum euidens testimonium etc. . . Datum et actum anno domini Millesimo Trecentesimo tricesimo nono, feria sexta ante festum sancti bartholomei, Indictione septima, Pontificatus domini benedicti Pape duodecimi Anno quinto.

CXXXIII. Der Domherr Wasmod von Lüderitz legt der Kammer des Domstifts die von seinem Bruder Arnold Jagow erkaufte Hebung aus Schwarzlosen bei, am 24. August 1339.

Ego Wasmodus de Iuderitz, Canonicus Ecclesie Stendalensis, — dimidium chorum durifruamenti, videlicet Tres modios ordei et nouem modios siliginis, in villa magna Swartelose situm, in Curia Steynes, quem ab Arnolde Jachowen, fratre meo, rite comparauit ad Cameram vicariorum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal singulis annis perpetue dandum, assignauit et presentibus assigno ob anime fratris mei domini Thiderici, quondam decani Ecclesie sancte Marie in halberstadt, pie memorie remedium et salutem. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum Anno domini M^o. CCC^o. Tricesimo nono, in die sancti Bartholomei apostoli. Presentibus honorab. uiris dominis frederico decano, Johanne de Schepelitz, Scolastico, Conrado de Oftheren, Thesaurario Ecclesie Stendalensis, Christiano plebano in Gorne ac Arnolde Jagowen fratre meo predicto et quam pluribus aliis fide dignis.

CXXXIV. Das Domstift bekundet die Stiftung des Domherrn Werner von Vinzelberg, am 14. April 1341.

— nos dei gracia Conradus . . prepositus, fredericus . . decanus Totumque Stendalensis ecclesie Capitulum tenore presencium uniuersis cristi fidelibus cupimus fore notum — Quod honestus et discretus vir dominus Wernerus de vincelberghe, Concanonicus noster dilectus, — quandam nobiscum iniuit ordinacionem, videlicet quod sacrosanctum corpus domini nostri ihesu cristi in die dominica, qua cantatur Misericordia domini, et duabus dominicis diebus immediate sequentibus, post circuitum in statione faciendam, in medio Ecclesie nostre annis singulis sollempniter deferetur ante altare sancte crucis et clerus cantabit sollempni uoce hos duos uersus: „Bone pastor panis uere“ et „Tu qui cuncta fecis“ — quos uersus duo scolares inchoabunt. De qua sollempnitate sic peragenda Idem dominus Wernerus domino . . decano unam stopam vini integram et cuilibet domino presenti ipso die

distribucionis dimidiam stopam, et plebano, qui pro tempore fuerit et ipsum sacrosanctum Corpus portauerit, similiter dimidiam stopam vini de meliori vino venali in Ciuitate Stendal annis singulis quam diu vixerit erogabit. Insuper predictus dominus Wernerus secundam Candelam ad eleuacionem sacrosancti Corporis cristi iuxta summum altare cum solita candela habendam in quolibet festo duplici ordinauit. Et vt predicta sollempnitas perpetue in nostra Ecclesia permaneat duratura, prefatus dominus Wernerus decem marcas argenti Brand. nobis dari decreuit. — Et ego Wernerus antedictus sigillum meum in recognitionem premisorum duxi cum sigillo capituli Stendaliensis presentibus apponendum. Actum Stendal in nostro capitolio (sic) Presentibus Conrado . . . Preposito, frederico . . . decano, Johanne de bellyn, Johanne . . . scolastico, Marquardo . . . preposito in wizstoc, Conrado de Oftheren, Henrico de Zuden, Johanne de Rokiz et Magistro Johanne de Ofenbrugge, Canonicis nostre Ecclesie. Datum anno domini M^o. CCC^o. Quadragesimo primo, In die sanctorum Martirum Tiburcii et Valeriani.

CXXXV. Markgraf Ludwig bestätigt dem Domstift einen zum Altare des Apostels Paulus gelegten Hof in Groß-Schwechten, am 9. October 1341.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Iusatie marchio, — ob salutem — et iugem memoriam Illustrium principum Marchionum Brandenburgensium bone recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum et Successorum nostrorum, Necnon — requisitionem discretorum virorum ciuitatis nostre Stendal Consulium et Ciuium, ob id vt cultus diuinus et christi seruitus augeatur, Curiam sitam in villa dicta magna Swechten cum duobus mansis, in limitibus ejusdem ville sitis, cum omni vfu, jure, vtilitate, honore, commodo, eisdem ex debito vel ex iure pertinentibus, Et quibus dictam curiam siue mansos Arnoldus dictus polkow tenet et possidet, Altari in honorem beati pauli apostoli et beate Barbare virginis consecrando, In Capellaque beati . . . *) intra muros ciuitatis predictae sitae, Ex singularis nostre mentis beniuolentia appropriare decreuimus, appropriauimus et appropriamus presentibus — Renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni juri etc. Testes vere huius sunt Nobilis vir Guntherus Comes de Swarzburg, henricus de Rischach Curie nostre magister, Albertus de wolfestein, Wilhelmus bombrecht Cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Nizzebant, anno domini Millesimo tricentesimo quadragesimo primo, In die beati dionisii.

*) der Name des Heiligen fehlt in der Urschrift.

CXXXVI. Vergleich zwischen dem Domstifte und der Stadt Stendal wegen der Haltung einer Stadtschule, vom 9. März 1342.

Van der gnade ghodes wy her Cort provist, her vrederik deken, her yan Bellyn, her Johans scepelyz de scolasticus, her yan Rokyz, her Conrat van Oftheren, her henzee van fuden, her yan van Ofenbrugge, her Werner vyncelberg unde dat ganze Cappitel des ghodes hufes funte Nycolawes tu Stendal Bekennen unde betughen in desne jegenwerdeghen breue, dat wy durch vruntscap unde vordernisse, de lange wesen is, unde wy noch alle daghe warden, van den Radtmannen, unde van den ghuldemeesteren, unde van der ghancze meynheyt der stad to Stendal,

ghunnen dessin sulven vor benomeden Borghern, endrechticleke unde mit unfer aller wulborth, van ufer weghene, unde alle ufer nakomelinge, ener vrien scole, in ufer vrowen parre, in der jeghene, dar nu eyn scole hus ghemuret unde ghebuwet is. To ter sulven scole schun de Ratmanne eyne scolemester setten, wan se willen, unde wene se dar to kesen, unde den scole se antwerden useme scolastico, de oder deiene, den he dat bevelet, schal binnen achte daghen dar na, wan em de scolemester antwerdet is, den sulven antwerden scolemester in ere scole ut unde in wifen, na der Ratmanne wille, unde wan se dat eyschen. Dede des de scolasticus nicht, oder nement van fyme ghebode, so schal dat jo dun ufer eltesten heren en, van useme Capitele, de hir to hus were, wan he van der stad weghene dar tu worde gheeyfchet. Vortmer de kyndere ut der stad van beyden scole unde andere scolere, de van butene in komen, schun alle ghan to welkerer scole se unde ere elderen willen, dat schun se dun umbedwngen funder allerleige list, beide des Capitels unde der stad. De Ratmanne schun ok eren scolemester nicht heghen tieghen dat capitel up eyn unrecht, unde de scolere van beiden scole schun antwerden unde klaghen, wan em des noth is, in also danen steden, unde vor also danen richteren, dar en enbeschreven recht wiset. Unde alle tweidracht van der scole schal nu dot syn, unde alle de in deffer sake van der scole an beident syden verdacht sin, schun mede wesen in deffer sone. Alle deffe vor bescreven stücke love wy van unfer weghene, unde vor use capitel, unde vor alle use nakomelinge ghanz stede unde vast to holdene under deme ede, den use procurator vor uns unde vor alle use nakomelinge in ufer aller sele ghefvoren heft. Vortmer wy ratmanne der stad to stendal, de hir na bescreven stan, Hans Buck, Gherke noppow, Role werner, Hoyger van tangermunde, Bucholt, Clawes bysmark, Ebeling, Wyneke scadewachten, Jordan vlasmenger, Henning boltekens, Thile scadewachten unde Gherke hoghe, loven ok vor uns unde van der stad weghene und vor al use borghere, de nu sint unde noch to komende sint, dat wy deffe vorbescrevene stücke met use vorbenomeden dumhern, unde met deme capitele eveleke stede ghanz unde vast holden willen bi deme ede, den use procurator vor uns in unfer aller sele ghefvoret heft, dat wille wy dun funder allerleige arghefist. To ener beughinge deffer vor bescreven ding, sint des capitels und der stad inghesegele beide ghehangen an deffen bref. Deffer dinge tughe sint deffe vrome papen hir na bescreven. Her bernt van fuden, Her Cort dufer perrer to sunte Nycolaus, Her Hinrik kuryz, perrer to ufer vrowen, Her Ghert nachtigalle perrer to sunte peter, Her Hinric wltыз perrer to sunte Jacobe, unde ghodescalk van jergkow, Olde ghyse van scadewachten, Cort hylde, Deneke noye unde Sander van ungelinge unde andere mer bederue lude. Deffe bref is gheghewen na ghodes bort drittein hundred jar in deme twe unde virteghesten jare, in deme sunnavende to mit vastene.

CXXXVII. Heinrich von Rochow verkauft dem Dechanten und zweien Domherrn des Domstifts eine Wiese zu Schinne, am 30. April 1342.

— Ego Henricus dictus de Rochowe, domini Wycharidi de Rochowe militis quondam filius, — vendidi iuste vendicionis titulo unum pratum situm in Campis ville Schinne pro quatuordecim marcis argenti Brandenburgensis michi persolutis, honorabilibus viris dominis Frederico dicto de Oftheren Decano ecclesie Stendaliensis ac Conrado fratri ejusdem et domino Johanni Urfo, Canonicis ejusdem Ecclesie Stendaliensis, in solidam perpetuis temporibus possidendum.

Ipsumque pratum et omne jus, quod in eo habui coram sculteto et villanis ville Schinne dictis dominis resignavi libere cum vimine, quod en ris vulgariter nuncupatur. Nichilque juris me vel meos heredes habere ulterius fateor in prato supradicto et supradicti domini ipsum perpetue possidebunt habebuntque potestatem liberam de predicto prato disponendi, sicut voluntati eorum videbitur expedire. In premissorum testimonium sigillum meum presentibus est appentum. Testes sunt Nicolaus et Wycharthus fratres mei dilecti, ac Meynhardus patruus meus et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini M^o. CCC^o. XL. secundo, feria tertia proxima ante diem sanctorum apostolorum Philippⁱ et Jacobi.

CXXXVIII. Der Knappe Dietrich von Lüderitz tritt seinem Vetter Wasmud für Besitzungen in Nahrstedt, Hebungen in Schwarzlosen und Buchholtz ab, am 20. Mai 1342.

Ego thidericus de luderiz, famulus, — dimisi et presentibus libero arbitrio et bona voluntate dimitto dilecto meo patruo domino wafmodo de luderiz, Canonico Ecclesie Stendalensis, in refusionem et solueionem quorundam bonorum, que ipse michi dimisit et ad manus meas renunciavit, in villa Norstede sitorum, in villa Suartelose in curia henneken de garlyp nouem solidos, quos habui ibidem de quodam equo pheodali et in curia henneken de grassowe duos modeos (sic) ordei et quatuor modeos ordei in curia thydeken olrici villa in eadem, Nec non in villa bucholtz viginti pullos decimam quoque minutam villa in eadem singulis annis pacifice atque libere attolendos, renunciens ad manus eiusdem mei patris omni juri, quod michi vel alicui meo successori in prefatis bonis competebat, competit vel competere poterit in futuro, de jure vel de facto, nichil michi uel meis heredibus aut quibuscunque successoribus in eisdem referuando, obligans me ad hoc, quod debebo predicta bona coram dominis pheodi beniuole resignare, quandocumque fuero a ipso meo patruo requisitus. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appentum. Presentibus testibus domino Alberto de calue milite, henningo atque Ebelingho famulis dictis de luderiz et alii (sic) pluribus fide dignis. Datum anno M^o. CCC^o. XLII^o. feria quarta ante festum palmarum.

CXXXIX. Der Knappe Heinrich von Cloden läßt dem Domstifte Hebungen in Niendorf auf, am 28. Febr. 1343.

— ego Henricus dictus de Cloden, famulus, cum consensu meorum verorum heredum, vendidi ac dimisi iuste vendicionis titulo honorabilibus viris dominis Conrado . . preposito, frederico . . decano Totique Stendalensis Ecclesie Capitulo pro numerata pecunia, michi expedite perfoluta, omnia bona pheodalia, adiacencia curie coppekini Conradi, site in villa Nyendorpe, videlicet vnum chorum siliginis, vnum chorum ordei, vnum Talentum denariorum Brandeburgensium in precaria, Quatuor solidos dictorum denariorum in censu, duos modios siliginis, duos modios ordei et quatuor modios auene in precaria, que Bedekorn vulgariter nuncupatur, sex modios auene, que holthauere dicitur, et duos pullos cum omni Jure, sicut ego ea habui in pheodo ab Ecclesia memorata: Nichilque iuris me aut meos heredes amplius habere bonis fateor in premisis. Promitto eciam cum meis heredibus

veris, velle dictos dominos, quoslibet eorum successores et Ecclesiam prefatam in prenotatis bonis, vt iniris est, firmiter Warandare et ab impetitione qualibet et briga, si qua, quod absit in eisdem bonis in posterum surrexerit, disbrigare. Testes huius sunt discreti viri Otto de Cloden frater meus, fritto de Dequede avnculus meus, Coppeke Nyendorp, famuli, et hinricus de pordiz opidanus in Stendal et plures alii fide digni. Et vt hec mea vendicio et predictorum dominorum emptio nota maneat, pretactis dominis presentem litteram dedi meo sigillo ac Nicolai et Hinrici filiorum meorum sigillis firmiter communitam. Actum et datum Stendal in Curia domini frederici . . decani predicti, Anno Domini M^o. CCC^o. XL. tercio, feria sexta proxima post dominicam, qua cantatur Inuocauit.

CLX. Markgraf Ludwig errichtet in der Domkirche den Katharinen-Altar zum Seelenheile seines Hofmeisters Ritters Heinrich von Rischach, am 9. März 1344.

— nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, — Ob iugem et perhennem memoriam animarum magnificorum principum marchionum Brandenburgensium, predecesorum nostrorum dilectorum bone recordacionis, nostre, heredum ac successorum nostrorum, Et singulariter in perpetuam anime strenui militis heynrici de Ryschach, quondam curie nostre magistri, felicitis et pie memorie, salutem, appropriauimus et presentibus appropriare decreuimus altari in Ecclesia collegiata sancti Nicolai Ciuitatis nostre Stendal situando, plantando et in honore beate katherine dedicando, Nouem frusta cum decem et octo denariis brandenburg. annuorum reddituum in villa Graffow videlicet in curia Conradi de Swechten duos mansos sitos, saper festo beati michahelis in precaria octo solidos denar. brand., duos modios filiginis, tot ordei cum quatuor modiis auene Et super festo beate walpurgis octo solidos den. br. in precaria soluentes: In curia coppekyni fintekow duos mansos, In curia henrici de Scernekow tres mansos, In curia Johannis de holthufen duos mansos, In curia amelungi tres mansos, In curia thyderici de Scernekow duos mansos, In curia Johannis de naterheide duos mansos cum dimidio sitos seu situatos, quorum mansorum quilibet super festis prenotatis in precaria annuis temporibus, vt de duobus mansis superius diuifim expressis premititur, tantum soluet perpetuis temporibus, sine impedimento ac inquietacione qualibet pertinenda, Renunciantes omni iuri, accioni ac impetitioni, que nobis in premisorum mansorum redditibus competeabant vel competere possent aliquo modo in futurum. Collacionem vero reddituum eiusdem altaris cum suis pertinentiis premissis ac presentacionem persone ydonee ad ipsum altare presentande nobis, nostris heredibus et successoribus dum vacauerit referuauimus et presentibus referuamus, Adicientes quod dicti Altaris vicarius obedienciam Decano faciet, prout ceteri vicarii ex debito facere consueuerunt. Volumus quoque quod de premissis redditibus eidem altari, vt premititur, per nos appropriatis, vicarius ipsius altaris, qui pro tempore fuerit, vnum talentum denariorum brand. singulis annis in anniuersario dicti militis Heynrici de Ryschach in vigiliis et missa sollempniter cantandis canonicis et vicariis presentibus debeat erogare. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero sunt Nobiles viri Conradus dux de Decka, Guntherus Comes de Swarzburg, Johannes de Buch, strennuisque viri Johannes de haufen camere nostre magister, Wilhelmus de Wamprecht (sic) noster pincerna, Bertold de Ebenhusen coquine nostre magister, milites, haffo de wedel senior et ger-

hardus wolf cum ceteris pluribus fide dignis. Actum et datum Stendal, Anno domini M^o. CCC^o. XL. quarto, feria tertia post dominicam Oculj.

CXLI. Markgraf Ludwig vereignet dem Domstift die ihm von Nicolaus Bispmark geschenkten Besitzungen zu Biesewede, am 16. August 1344.

Nos Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, — pro salute et perhenni memoria bone recordationis predecessorum, nostri, heredum et successorum nostrorum marchionum Brandinburgensium et etiam ob instantem requisitionem discreti viri, Nicolai Byfmark, ciuitatis nostre Stendal civis, nobis dilecti, ex mera mentis nostre liberalitate presentibus appropriauimus et appropriare decreuimus altari et ecclesie sancti Nicolai ciuitatis nostre predictae octo mansos et dimidium cum iugeribus in villa Biswede et in limitibus et distincionibus eiusdem sitis, cum proprietate decime minute, cum seruitio curruum, cum omni iure et iuris integritate in supremo et infimo nec non cum singulis et uniuersis iuribus pertinentiis et obuentionibus, prenotatis mansis, iugeribus, iuribus et iudiciis ex iure vel ex debito rite pertinentibus, perpetuis temporibus sine inquietatione et impedimento quolibet pertinendos, Renunciantes omni iuri etc. Testes vero huius sunt fideles nostri Fridericus mautner curie noster magister, Beringerus Haele marschalcus noster et Sweickerus de Gundolfinghen cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Inspruck, anno domini M^o. CCC^o. XL^o quarto, in crastino assumptionis gloriose virginis marie.

Num. In dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig von der Vogtei Arneburg ist diese Urkunde Actum in spruck, datum vero vrankinurd anno M^o CCC^o XL quarto in crastino ass. virginis marie datirt.

CXLII. Weisthum des markgräflichen Hofgerichtes, über die Frage, wie ein Zehntpflichtiger sich bei der Entrichtung des Feldzehnten zu verhalten habe, vom 29. Juli 1346.

Ich ghereke wulf, houerichtere des edelen vorsten marchgreue lodewighes tu Brandenburg, bekenne in dessem gegenwordeghen brieue, Dat vor me is ghekomen Di erbar man her cunrad von offerne, canonek tu stendal, vnd begherd enes rechtes von sienes cappittels weghe von mines heren Rade des marchgreuen In desser weis, af eyn man wire plichtech kornteyden tu gheue, wu sich di bewaren scholde, dat hi es ane schaden bleue. Des wart em ghevunden vnd ghegheuen vor eyn recht vt mines heren Rade met vulbort ander mines heren man, di dar gegenwerdich weren alsus: wan eyn man sin korn inuiren wel, dat sebat hi kundeghen deme Teydere, af hi in dorpe eder vp dem velde is: en wardet hie denne sienes teyden nicht, de man vorteyde em seluen, als hi sinen eyt daran beware, af me den von em hebben wil, vnde bewise en twen sienen gheburen, vnde late en dar vte stan, so blift hi es ane schaden, af hi feder gheerghert wurt eder vorlorn, Hir is ouer ghewesen di edele man greue ghunter von swarczburch, her jañ von Buch, her albrecht von wulfsteyn, Marquart luterbach vnde ander mines heren manne vele. Ghegheuen vnde beseghelt dretteyn hundert jar in ses vnd vir teghesten jare, des sonauendes na funte jakobes daghe.

Nach dem mit dem Hofgerichtesiegel versehenen Original.

CXLIII. Markgraf Ludwigs Hauptmann der Altmark, Gebhard von Alvensleben, entscheidet einen Streit des Domstifts mit dem Knappen Heinrich Clöden über Besitzungen zu Biesewede, am 11. Aug. (1346?).

Wy her Gheuert van aluenfleue, riddere, voghet des Edelen vorsten Marcgreuen Lodewighes to Brandenburg in der alden marke, bekennen vnde betughen openbare in dessem ieghenvordighen breue, dat ghekomen sint vor vns de erbaren lude her Conrad, prouest, vnd her Jan van Schepelitze, deken to stendale mit anderen Canonken dar selues van erer weghene vnde eres Capitels weghene an ene half vnde hinric van Cloden, knape, van der andern half, vme de schelinge, de tuiffchen en was vme gut to byswede. De vorbenomeden heren, de wifeden vnd lesen vor vns breue vnd hantuesten der alden marcgreuen to brandenburg marcgreuen Janes, otten vnd Conradus, de se hebben vppe dat gut, dat se hebbet to byswede mit al me rechte. Des vor tech Hinric van cloden mit willen vorme hegheden dinge vppe der brucgen to Tangermunde des gudes, dat he an ghesproken hadde, vnd erlet dar deghere af. Vortmer vnscheydede wy se al dus, dat de vor benomeden heren scolen na eren breuen vnd hantuesten in erme gude, in velde vnde in marke vnde in straten richten, wanne is not is, vnde dar ne scal se Hinric van cloden eder andere lude, de in deme vor ghescreuenen dorpe to byswede gut hebben, nicht an hinderen. Dat selue scal ok hinric van cloden vnd andere Lude, de dar gut hebben, in erme gude don, wanne des not wert, dar ne scolen se ok de heren nicht an hinderen. To eyner bekantnisse vnd betughinghe hebbe wy dessem bref beseghelen laten mit vnfeme yngheseghele. Dit is gheschen na goddes bort dusent iar drehundert iar, des anderen daghes na sunte Laurencius daghe, In der iegenwordicheit der vromen Lude Hannes Mouryn, de to Gardeleghe wonet, Hannes van Rochowe de to Berchowe wonet, Nicolaus hake, Peters van doblin vnd akermannes, vnd vele anderer vromer lude, demme wol louen mach.

Nach dem Original unter dem Alvenslebenschcn Siegel im Universitäts-Archiv zu Breslau.

Anm. In dieser Urkunde hat man das Beispiel eines in der Original-Ausfertigung falsch datirten Documentes: denn es leuchtet von selbst ein, daß es einen Hauptmann des Markgrafen Ludwig von Brandenburg nicht im Jahre 1300 geben konnte. Dagegen wird Gebhard von Alvensleben im Jahre 1344 in andern Documenten als Hauptmann der Altmark bezeichnet (Hauptth. II, B. II, S. 170, 173.): in diese Zeit ist daher wahrscheinlich auch die vorstehend mitgetheilte Urkunde zu setzen, jedoch wohl nicht vor 1346, da der innen benannte Dechant erst in diesem Jahre seinem Antecessor Friedrich gefolgt zu sein scheint.

CXLIV. Das Domstift bekundet die Stiftung der Gedächtnißfeier des verstorbenen Dechanten Friedrich von Osthern, am 18. Aug. 1346.

— nos Conradus, dei gratia prepositus, Johannes eadem gratia decanus totumque Stendaliensis Ecclesie Capitulum — honorabilis vir dominus Conradus de osthern, ecclesie nostre Scolasticus, noster Canonicus, vnum frustum reddituum situm in villa nostra Nyendorpe, quod discretus vir dominus Johannes Crul plebanus in Rorstede ad tempora vite sue possidebit et tollet annis singulis, pro sua pecunia comparauit et ordinauit, vt pro iugi memoria anime domini frederici de osthern, quondam nostre Ecclesie decani, fratris sui bone memorie, ad Cameram sociorum nostrorum Chorum nostrum die noctuque frequentancium, dictum frustum reddituum perpetuo permaneat in anni-

uerlario prefati domini frederici, inter vicarios et socios nostrum Chorum, vt premittitur, frequentantes, qui vigiliis et missis presentes interfuerint, annis singulis diuidendum. Nosque ad premiffam ordinationem voluntatem nostram et consensum nostrum erogauimus et presentibus erogamus etc. Datum anno domini M^o. CCC^o. XL. sexto, feria sexta proxima ante diem beati Bartholomei apostoli, in Capitulo nostro generali, presentibus nobis Conrado de arnftede preposito, Johanne de Schepe-litze decano, Conrado de Buch preposito in Sehufen, Conrado de oftheren Scolastico ecclesie nostre, Johanne de Rokyz, Olrico de Eykenbardeleue, Wernero de vincelberghe ac henningo de Santerfleue, Canonicis ecclesie nostre Stendaliensis predictae, consensus nostros tribuentibus ad premiffa.

CXLV. Das Domstift genehmigt die Gedächtnißstiftung des Priester Johann Hoghe, am 9. März 1347.

— nos Conradus, dei gracia prepositus, Johannes eadem gracia Decanus Totumque Stendalensis Ecclesie capitulum in hiis scriptis recognoscimus — Quod discretus vir dominus Johannes dictus hoghe, perpetuus vicarius altaris sancti Laurentii, siti in Ecclesia nostra, deum cupiens in hac vita sue hereditatis facere principem, vt ipse post hanc vitam in regno filii sui coheres fieri mereatur, vnum chorum filiginis et vnum Talentum denariorum Brandenburgensium pro viginti et octo marcis argenti Brand. cum omni proprietate a nobis legitime comparauit, de eisdem videlicet choro filiginis et Talento taliter ordinando, quod celerarius noster, qui pro tempore fuerit, vicario altaris sancti Laurentii martiris predicti, qui pro tempore fuerit, vnum Talentum denariorum predictorum de fisco nostro annis singulis presentabit, idem Talentum per eundem vicarium in anniuersario Eeberti patris ac Cune-gundis matris domini Johannis predicti et post mortem suam eiusdem domini Johannis, quorum tamen anniuersarius simul et semel in ecclesia nostra in vigiliis et missa pro defunctis secundum ecclesie nostre consuetudinem singulis annis peragetur, inter canonicos, qui presentes fuerint diuidendum. Chorus vero filiginis predictus, cuius dimidietas dabitur ex curia, quam nunc inhabitat Coppe dictus de quersede, reliqua vero dimidietas ex curia Johannis filii Coppen predicti, morantes in villa Befwede, annis singulis erogabitur ad altare sancti Laurentii predictum perpetue permanebit et vicarius eiusdem, qui pro tempore fuerit, ipsum Chorum filiginis percipiet liberaliter atque tollet. In cuius rei testimonium etc. Datum in nostro capitulo generali, Anno domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo septimo, feria sexta proxima ante dominicam qua cantatur Letare iherusalem, Presentibus nobis Conrado preposito Johanne . . decano, Conrado de oftheren Scolastico, Johanne de Rokiz, Olrico de Eykenbardeleue, Wernero de vincelberghe, Wernero Reynoldi ac Johanne de Santerfleue Canonicis ecclesie stendalensis predictae.

CXLVI. Das Domstift überläßt den Genossen der Kammer eine Hebung aus Staffelde, zur Gedächtnißfeier Johann's von Bellin, am 9. März 1347.

Nos Conradus, dei gracia prepositus, Johannes eadem gracia Decanus Totumque Capitulum Ecclesie stendalensis — dimissimus et presentibus dimittimus sociis in Camera, chorum nostrum

frequentantibus, decem solidos denariorum Brandenburgensium in villa nostra Staffelde cum proprietate mera ex curia, quam nunc possidet Thideke dictus de Griben, annis singulis perfoluendos, Comparatos a nobis de bonis domini Johannis de Bellin, quondam ecclesie nostre canonici, in morte relictis, inter focios Camere predictae, qui vigiliis et missis pro defunctis singulis annis, quando anniuersarius dicti domini Johannis de Bellin peragetur, personaliter interfuerint, diuidendos. In cuius rei testimonium presentem litteram predictis focis dedimus, sigillo nostri Capituli firmiter communitam. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. XL. septimo, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur Letare, in Capitulo nostro generali, Presentibus nobis Conrado de arnstede preposito, Johanne de Schepelitze decano, Conrado de Oftheren scolastico, Johanne de Rokitze, Olrico de Eykenbardeleue, Wenero de vincelberghe, Wenero Reynoldi ac heningo de Bartenfleue Canonicis Ecclesie nostre predictae.

CXLVII. Das Domstift bekundet die Stiftung des Altars der drei Magier und der h. Cathrina in der Jacobikirche, am 9. März 1347.

— Conradus, Dei gratia Prepositus, Johannes eiusdem gratia Decanus, totumque capitulum ecclesie beati Nicolai in Stendal — ad uniuersorum Christi fidelium notitiam cupimus peruenire, quod discreti uiri Rodolphus, Merzelinus et Albertus fratres dicti de Lyten, oppidani in Stendal, de nostra speciali licentia et omnimoda uoluntate quoddam altare, situm in ecclesia sancti Jacobi in Stendal in honore trium magorum et sancte Katherinae uirginis confeceratum, ob cultum diuinum ampliandum et suorum progenitorum ac eorundem memoriam fundauerunt; Ad quorum instantem requisitionem et prudentium uirorum Scabinorum dicti oppidi Stendal, illustris Princeps ac dominus, dominus Lodovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, — dedit et solempni donatione donauit ac appropriauit ad dictum altare octo frusta annuorum reddituum — super agrum, qui uulgariter dat Morgenland dicitur, in uilla Osterie — cum supremo et infimo iudicio infra sepes dicte curie et cum libertate seruitii, quod dicitur Waghendinst, et precariis quibuscunque eiusdem curie, nec non in Villa dicta ynsel III. choros — et in uilla Steinvelde in curia dicta Calve unum chorum filiginis, quibus quidem frustis dictum altare dicatum est. — Datum et Actum Stendal in loco nostre ecclesie capitulari. Presentibus nobis Conrado de Arnstede preposito, Johanne de Schepeliz decano, Conrado de Oftheren scholastico, Johanne de Roxe thesaurario, Vlrico de Bardeleue, Wenero de vynzelberghe, Wenero de Hyldensim atque Johanne de Santersleuen nostre ecclesie predictae canonicis. In anno sub incarnatione Christi millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur laetare Ierusalem, in nostro capitulo generali.

Vollständiger aber sehr fehlerhafter Abdruck in Ludwigs Reliqu, Man. VII, 508.

CXLVIII. Der Hauptmann der Mark, Friedrich von Lochen, beurfundet, daß das Domstift Stendal dem Günther von Bartensleben die von diesem ihm entrissenen Besitzungen zu Schernekow rechtlich abgewonnen habe, am 12. Juni 1347.

Wy her frederich van lochin, houetman in der marke to Brandeborch, bekennen openbare in dessem ieghenwordighen breue vnde betughen, dat vor vns ghekomen sin mit wilkore de domheren to Stendale vmme gut, dat licht in deme dorpe to Schernecowe, vmme dat hogheste Richte vnde den smalen tegheden vnde den waghen denst ouer ses houe landes, dat en nam Gunter van Bertenleue vnde hebbet dat gut Guntere aue wunen mit ordele vnd mit rechte vor vns vnde vnser heren man des Maregreuen: des hebbe wy en enen vrede dar ouer ghewracht. Hir hebbet ouer ghewesen de Edele man her Jan van Buech here to Garzedowe vnd de Erbare lude her wighard van Rochowe vnd her peter van Bredowe riddere, albrecht van woldenhaghen, heynric van Stendale vnde Conrad van warborch knapen vnde vele andere bederue lude. Dit is gheschen in der stat to Tangermunde, na goddes bort-drittuyhundert jar in deme Seuen vnd vertigsten iare, des dingshedaghes vor sunte vitus daghe.

CXLIX. Der Domherr Conrad von Ostheren verkauft eine Wiese in Schinne an Effelín Duser und verspricht die Aufgabe des Lehns durch Heineke von Rochow zu bewirken, am 21. Dez. 1347.

— Ego Conradus de ostheren, Canonicus Ecclesie Stendalensis, deducere cupio per presentes, Quod cum consensu meorum heredum seu omnium eorum, quorum intererat aut poterat interesse, vendidi discreto viro Effelino duferi, cui in Stendale et suis veris heredibus vnum pratum, situm in Campis ville Schinne, preter terciam eius partem, quam dominus Johannes vrfus, meus Concanonicus, possidet. Dictumque pratum dicto Effelino coram sculteto et villanis dicte ville Schinne, vt moris est, resignaui iure hereditario possidendum. Volo eciam predicti prati sue duarum parcium per me venditarum memorato Effelino ac suis heredibus prestare warandiam, vt est iuris. Ceterum volo et debeo ordinare et efficere requisitus a prefato Effelino vel suis heredibus, quod heyneko de Rochowe et sui fratres feudum, si quod in dicto prato fuerit, quod ipsi ad bonum et ad fidam manus meas tenent, debeant resignare, sicut facere promiserunt, vbi et quando requisiti fuerint, prout in littera super hoc confecta et eorum sigillata lucidius continetur. In cuius vendicionis mee euidentis testimonium sigillum meum vna cum sigillis discretorum virorum Olrici de Eykenbardeleue, awneuli mei, ac Nycolai de ostheren, patru mei, Concanonicorum meorum, presentibus sunt appensa. Actum et datum Anno domini M^o. CCC^o. XL. septimo, In die beati Thome apostoli gloriosi.

CL. Das Domstift bestätigt die von Heinrich Jungen, Stifter eines Altars wegen der Verleihung desselben und des Begängnisses seiner Jahresfeier getroffenen Einrichtungen, am 28. März 1348.

— Nos — Conradus prepositus, Johannes decanus Totumque Stendalensis Ecclesie Capitulum ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum lucide cupimus peruenire,

Quod de vnanimi consensu et voluntate, ob amplificacionem diuinorum obsequiorum fauorabiliter annuimus henrico Junghe, cui in stendal, de fundacione vnus altaris in conuentali Ecclesia sancti Nycolai in stendal, habentis nouem frusta redituum cum dimidio frusto sita in villa gore, Quod quidem altare ipse Henricus Junghe conferre debebit quamdiu uixerit; Ipso vero defuncto Johannes eiusdem henrici filius stante vita sua conseret altare antedictum: Ipso vero Johanne ab hac luce sublato ipsius Johannis heredes masculi conferre debebunt ipsum altare pro temporibus vite sue: Quibus decessentibus sepedicti altaris collacio ad Capitulum sancti nycolai predictae perpetuis temporibus pertinebit. Sed quia pro presenti tempore Johannes antedictus, predicti Henrici Junghe filius, heredem non habet, fauimus ipsi henrico Junghe de electione duorum puerorum, uidelicet Menfonis, Menfonis quondam filii, ac Thiderici, Thiderici de gherghel filii, qui pro tempore ipsorum vite ipsum altare conferant, ita quod vno ipsorum defuncto alter ipsam collacionem pro tempore vite sue obtinebit. Si vero deo disponente predicto Johanne prouisum fuerit de herede, extunc dictorum puerorum duorum collacio aut electio nulla erit. Predicti quoque altaris vicarius, quicumque pro tempore fuerit, in anniuersario predicti Henrici Junghe fundatoris dicti altaris, cuilibet canonicorum presenti dabit dimidium stopam vini et cuilibet vicario perpetuo presenti vnam quartam vini. Predicti quoque altaris vicarius Ecclesie sancti Nycolai predictae seruiet, sicut alter. In cuius testimonium sigillum nostri Capituli vna cum sigillis henrici Junghe ac Johannis eiusdem filii predictorum presentibus sunt appensa. Actum et datum Anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo octauo, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur letare, in nostro Capitulo generali, presentibus nobis Conrado . . . preposito, Johanne . . . decano, Conrado de buc, preposito in sehufen, Conrado de ofthern scolastico, Johanne de Roxe, olrico de ekenbardeleue, Wernero de vincelberghe, Wernero Reynoldi ac henningo de santerfleue Canonicis Ecclesie Stendalensis predictae et quam pluribus aliis fide dignis.

CLL. Ritter Dietrich von Rokiz und Arnold Blasmenger verbürgen sich dem Nicolaisifte für den von Heinrich von Bork vorgenommenen Verkauf einiger Heubungen aus Biesewede, am 25. April 1348.

Nos Thidericus de Rokiz, miles, ac arnoldus dictus vlasmenger filius quondam Gheremanni, promissimus et dolo et fraude quibuslibet postpositis in solidum promittimus in hiis scriptis honorabilibus viris dominis Conrado preposito, Johanni decano Totique capitulo sancti Nicolai in Stendal, quod hinricus dictus de Borken honorum, que ipsis et dicte ecclesie hereditarie possidenda iuste vendicionis titulo vendidit pro sex marcis argenti Brand., sitorum in villa Biesewede in curiis subscriptis, uidelicet in curia sculteti sex modios auene et vnum quartale de modio papaueris, In curia vero Johannis Laurencii octo modios siliginis dimidio quartali minus et octauum dimidium quartale ordeï et alterum dimidium modium auene et quinque pullos; Item vndecim denarios Brand. super festum beati Martini Episcopi et confessoris persoluendos; Item sextam partem iuris siue iudicii et sextam partem feudi super scultetum: Item sextam partem in decima agnorum in tribus curiis uidelicet in duabus curiis Johannis Laurencii ac in curia Coppekini de bucholte, debet esse verus et legitimus warandator et ab impetitione qualibet disbrigare. Et specialiter promittimus, sicut prius, quod Thidericus, frater dicti hinrici, in alienis partibus agens, quando ad partes venerit ac sui

fili filique quondam Gherardi de borken eorum quoque ceteri heredes, debent dicta bona dimittere eisque et omni iuri, si quod in ipsis bonis competit omnino renunciare et quod ipsa bona non sint alicui in dotalicium et vitalicium assignata. Si vero, quod absit, predicti domini prepositus decanus et Capitulum in premissis vel eorum aliquo aliquod defectum vel calumpniam paterentur vel pati contingeret, extunc nos prenomnatis dominis ad restitutionem Sex marcarum argenti prenotati tenebimur, ad quam nos presentibus obligamus. In premissorum omnium testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M^o. CCC^o. XL. octauo, feria sexta proxima post pascha.

CLII. Die Geistlichen der Marienkirche zu Stendal verkaufen dem Pfarrer zu Schinne den dritten Theil einer zwischen Schinne und Nochow gelegenen Wiese, am 17. Dez. 1349.

— Nos Conradus duferi, plebanus Ecclesie beate virginis in Stendal, necnon Effelinus Rectores — Discreto viro domino hinrico plebano in Scynne Terciam partem vnus prati, inter villas rogghow et Scynne situati, Cum omni vsu fructu et attinentiis vendidimus, dimisimus et in hiis scriptis rationabiliter vendimus et dimittimus pro pecunia nobis integraliter perfoluta, predicto domino hinrico suisque Successoribus omnibus in villa Schynne plebanis firmiter per omnia mundi Curricula permanendam, vt huiusmodi tercię partis prati veri warandatores et ab omni infestatione ereptores esse debeamus et velimus promittimus domino hinrico suisque successoribus in solidam per presentes. Huius rei testes sunt Dominus Johannes de rotz, (sic) Dominus wernerus de vinzelberghe Canonici in Stendal, Cristianus presbiter in Gorne necnon Ghyso winandi de Schadewachten et alii plures fide digni. Et in omnium premissorum Lucidius et testimonium euentius nostris Sigillis presentia de nostra certa Scientia fecimus roborari. Datum anno domini M^o. CCC^o. XL. nono, feria quinta ante festum beati Thome apostoli.

CLIII. Das Domstift und der Stadtrath zu Stendal vergleichen sich über die Stiftung eines Altars des Apostel Paulus in der Hospital-Kapelle des h. Geistes, am 20. Aug. 1350.

— Nos conradus dei gratia prepositus, Johannes eadem gratia decanus Totumque capitulum ecclesie sancti Nicolai Stendal. Et nos consules vniuersi ciuitatis ejusdem ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, Quod discreti viri dominus Johannes sacerdos, Nicolaus et Jordanus fratres dicti ghunteri, filii quondam Nicolai ghunteri bone memorie, ob cultum diuinum ampliandum et in suorum progenitorum et ipsorum memoriam, quoddam altare in capella domus hospitalis sancti spiritus in Stendal, in honorem sancti pauli apostoli et beate barbare virginis martiris, de nostro consensu fundauerant, dotantes illud cum sex frustis et dimidio et decem et octo denariis proprietatis tytulo, Que frusta iacent in villa et curiis subnotatis: In villa Swechten In curia Arnoldi Rolkow vnus chorus tritici, Item vnus chornus siliginis cum dimidio et duobus modiis, Item vnus chorus ordei cum dimidio et duobus modiis, Item I. chorus ordei cum dimidio et II. modiis et quatuor modii awene, Item sex solidi galli et sex solidi festo Walburgis, Item in curia ebelingi hindenborghis quinque solidi cum sex denariis in festo martini et totidem in festo walburgis similiter exponendis, Item

prefectus dabit de vna domo Cossati duos solidos, Item vxor wolteri dabit sex denarios. Collatio vero predicti altaris ad predictos fratres et ad eorum filios legitimos quamdiu vnus eorum superuixerit pertinebit, hiis vero omnibus defunctis collatio predicti altaris ad capitulum nostre ecclesie predictae communiter primitus pertinebit, altera vero vice ad consules ciuitatis communiter dyuoluetur, Et sic alternatim predictum nostrum capitulum et consules predictae ciuitatis predictum altare conferre debent, quotiens fuerit oportunum. Vicarius vero predicti altaris domino decano predicti nostri capituli obedientiam faciet et chorum sancti Nicolai nocturnis diurnisque horis secundum consuetudinem aliorum perpetuorum vicariorum frequentabit, circa iura parochialia sicut alii vicarii faciunt faciendo. Item Sepe dictus vicarius predicti altaris singulis diebus dicet vnam missam in primo pulsu misse nostre parochie. Item vicarius predicti altaris dabit singulis annis in festo beate Walpurgis quinque solid. et in festo Martini totidem dominis canonicis presentibus de predictis redditibus pro duobus memoriis progenitorum predictorum fundatorum et eorundem nec non successorum, cum Jura carnis exfoluerint, que in predictis festis secundum consuetudinem nostre ecclesie in Stendal cum magnis vigiliis et missa pro defunctis, singulis annis sollempniter peragentur. Datum anno domini M^o. CCC^o. L^o, feria sexta ante festum sancti Bartholomei apostoli, in capitulo nostro generali, presentibus honorabilibus viris ac dominis Conrado de arnstede preposito, Johanne de schepelitze decano, Conrado de oftheren scholastico, hinrico de Suden, Johanne de rokitz, vlrico de eykenbardeleue, wernero de vincelberge, wernero reynoldi, Johanne de fanterleue, Borchardo de caluis, canonicis tunc tempore capitulo presidentibus, Sub sigillo nostri Capituli, Et presentibus etiam consulibus Conrado hidden, henningo gardelegen, arnoldo gheilen, Echardo de vngelinge, Johanne apotecario, Johanne deruenitz, hinrico krummen, Conrado aurifabri, frederico swechten, necnon francken de dalem, sub autentico Ciuitatis secreto tergotenus inpresso.

CLIV. Das Domstift genehmigt die von der Familie Schadewachten vorgenommene Errichtung eines Altars zu Ehren des h. Leichnames und der drei Magier in der Domkirche, am 3. Dez. 1350.

— Nos Conradus prepositus, Johannes decanus Totumque Capitulum ecclesie sancti nicolai in stendal, ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod discreti viri nicolaus, bartoldus et conradus dicti schadewachten quoddam altare de consensu nostro in nostra predicta ecclesia in honorem sacratissimi corporis dominici ac beatorum trium magorum, ad cultum diuinum ampliandum et suorum progenitorum ac sui memoriam fundauerunt, Dotantes illud VI. fructis proprietatis titulo, quorum quatuor iacent in villa magna suarteloze, in curia videlicet hen. dicti grassow decem modii cum I. siliginis et totidem ordei; jtem in curia thiderici grassow IX. modii cum I. siliginis et totidem ordei. Item hen, luderisse ibidem dabit VI. modios siliginis et X. modios ordei; Item heyne cyllingh dabit III. modios ordei; Item hen. duzen VI. modios siliginis et totidem ordei; Item enghel de miltard VI. modios siliginis et totidem ordei; Item heyne faber ibidem VI. modios cum I. siliginis et totidem ordei. Item in villa Vngheligh iacent duo frusta et III. solidi denariorum in curia videlicet hen. zeten III^{or}. modii tritici I. tumulo minus et III. modii siliginis et III^{or}. modii ordei cum dimidio et totidem auene et triginta denarii, quorum VI. dabit in festo assumptionis marie et XV. festo beati martini et IX. festo purificationis marie; Item willeke drustedede dabit de curia, quam inhabitat, V. modios tritici et I. chorum siliginis VI. modios ordei et totidem auene et III. solidos denariorum, quorum duos

dabit in festo beati martini et in festo purificationis; Item nicolaus branden dabit VI. denarios eodem termino. Item groteman dabit III^{or}. denarios eodem termino et VI. denarios festo beati martini; Item heyne faber ibidem V. denarios festo beati martini. Vicarius vero predicti altaris, qui pro tempore fuerit datus, vnam missam singulis diebus infra summam missam et chorum nostre ecclesie nocturnis diurnisque horis secundum consuetudinem aliorum perpetuorum vicariorum frequentabit. De prenarratis vero redditibus predictus vicarius assumpto sibi plebano, cui dabit III^{or}. denarios, et vno sacerdote, cui dabit III. denarios, et duobus scolaribus, quorum quilibet habeat duos denarios, duas memorias cum vigiliis et missis ante predictum altare, vnam videlicet in crastino beate margarete virginis et aliam feria VI^a. post diem beati nicolai cum II. luminibus, libram cere continentibus, cantando celebrabit. Illius altaris collatio ad dictos fundatores quamdiu vixerint pertinebit, quibus defunctis ad eorum filios legitimos deuoluetur et cum hi iura carnis exsoluerint, talis collatio transibit in filios legitimos eorundem: et si predicti fundatores sine filiis legitimis discederent, extunc proximus heres senior ex parte patris predictorum predictum altare semel et non plus deberet conferre. Hiis autem omnibus ab hoc seculo euocatis dicta collatio ad capitulum nostre ecclesie pertinebit. In huius rei evidens testimonium presentem literam sigillo nostri capituli vna cum sigillis dictorum fundatorum donauimus confirmatam. Acta sunt hec anno domini M^o. CCC^o. L^o. feria VI^a. ante nicolai, in generali capitulo nostro, presentibus dominis pro tunc canonicis domino conrado de arnftede, preposito, iohanne de scepelisse decano, Conrado de buch preposito in sehufen, Conrado de Ostheren scolastico, iohanne de rokitz, olrico de eykenbardeleue, wenero de vincelberghe, iohanne de zanterfleue, magistro borchardo de bysem et quam pluribus aliis fide dignis.

Es sind zwei Ausfertigungen dieser Urkunde vorhanden, welche in der Schreibart etwas von einander abweichen.

CLV. Markgraf Ludwig der Römer verspricht nach seiner Rückkehr in die Altmark die Beschwerden des Stifts rücksichtlich der Pedellen und Landreiter zu erledigen, am 6. Sept. 1354.

Nos ludwicus romanus, dei gracia marchio brandenburgensis et iulatie, — Recognoscimus publice per presentes, Quod cum honorabiles viri . . . decanus et capitulum ecclesie collegiate sancti Nicolai in Stendal nos informauerunt satis plene, quomodo budelli et equitatores terre nostre antique marchie intrarent eorum et Ecclesie sue bona, ipsa onerando, talliando et mandatum in eis illicite exercendo, ipsis decano et capitulo ecclesie predictae Promittimus bona fide, Quod dum primum ad partes huius antique marchie reuerteremur, Eos et eciam eorum (bona) per certa priuilegia nostra in meliori forma, qua fieri poterunt, exonerare volumus et debemus a vexatione talium et incurfu, dummodo litteris et priuilegiis antiquorum marchionum brandenburgensium diue recordacionis et fratris nostri senioris id doceant, quod illud ipsis a predictis principibus sit concessum. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Stendal anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo quarto, feria sexta ante diem natiuitatis sancte marie virginis,

Das Original ist mit dem runden, einen einfachen Adler enthaltenden Siegel mit der Umschrift Secretum Ludowici Romani Marchionis Brandenburgensis versehen.

CLVI. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt das Domstift Stendal in seinen Besitzungen und Rechten, am 6. Sept. 1354.

— nos Ludowicus Romanus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusatiae —
 Ex certa scientia, omnes donationes gratias libertates litteras et privilegia omnia et singula, Honorabilibus viris . . . preposito . . . Decano Capitulo et Ecclesie collegiate sancti Nycolai in Stendal, indultas et indulta, ab Illustribus principibus Marchionibus Brandenburgensibus predecessoribus nostris dive recordationis, et precipue a fratre nostro karissimo, domino Ludowico seniore, Ratificamus approbamus et tenore presentis littere confirmamus. Volentes eos et ea in sui roboris firmitate jugiter permanere. Mandamus igitur omnibus officialibus nostris et terre equitatoribus, nostre gratie firmiter suboptentu, ut nullus eorum presentium, seu qui pro tempore fuerint, contra presentem nostram confirmationem venire debeat, audeat aliquid aut presumat. Si quis vero vel qui ausu temerario, contra ipsam presentem nostram confirmationem venirent, clam vel aperte, ipsis injuriam inferendo, et si hunc vel hos ad forum ecclesiasticum, pro illa injuria in iudicium traxerint, et eis antea requisiti ordinare de illa injuria non poterimus iustitiam vel amorem, tunc contra injuriatores eorum, ordine juris ecclesiastico procedendo agere poterunt licite, de nostra sententia speciali. In cujus rei etc. Presentibus nobili viro Ottone went domino in Ileburgh, strennisque viris Petro de Breidow, Johanne de Wantsleven, Buffone de Arxsleven, Gumperto de Aldenhufen, Johanne pincerna de Vlechtingen, militibus, Henrico de Schulenborch et Nycolao Bismark, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Stendal, Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo quarto, feria sexta ante festum Nativitatis beate Marie virginis gloriose.

CLVII. Entscheidung eines Streites mehrerer Respectivirter über ihre Anciennität zum Eintritte in das Domstift, vom 12. Sept. 1354.

— Nos Conradus, dei gracia . . . prepositus, Johannes decanus Totumque Stendalensis Ecclesie Capitulum recognoscimus, — Quod suborta quadam dissensione in Ecclesia nostra inter quosdam nostros Concanonicos, videlicet dominum Conradum de Luderitz nec non Johannem marscalecum filium quondam Bartoldi marscalci militis ac quorundam eorum sequaces, quis ipsorum ad quandam prebendam, que dicitur ianuararia, per quam ascenditur ad medias, esset alteri secundum gradum sue receptionis in canonicum preferendus. Super qua contentione pluribus habitis capitularibus tractatibus, tandem partes ipse prehabitis deliberacionibus sponte et voluntarie vna cum dominis de nostro Capitulo in nos . . . prepositum . . . decanum, Conradum de buch prepositum in Sehufen et Johannem de Rokitz concanonicos nostros compromiserunt ita, quod quicquid per nos super premissis contencionibus seu erroribus declarabimus, statuemus et ordinabimus partes ipse vna cum suis sequacibus gratum et ratum perpetuo obseruabunt. Nos vero nobiscum et cum aliis prehabito consilio diligenti secundum deum et iusticiam ac consuetudinem Ecclesie nostre antiquitus obseruatam et prescriptam ad disbrigandum errorem supradictum declaramus statuimus et ordinamus dominum Conradum de Luderitz predictum ad prefatam prebendam ianuariariam secundum gradum sue receptionis in canonicum fore preferendum, post ipsum vero dominum Johannem de Monasterio, Tercio Johannem Marscalci prelibatum, Quarto dominum albertum de buzt, Quinto dominum Bernardum de

Seulenborch, prout hec omnia et singula in antiquis instrumentis super ipsorum recepcionibus confectis cum summa diligencia recensitis inuenimus lucidius declarata. Datum anno domini M^o. CCC^o. L^{mo}. quarto, feria quinta proxima post festum natiuitatis sancte marie virginis, nostri Capituli sub sigillo in premifforum testimonium subappenso.

CLVIII. Der Dechant von Boyster citirt den Archidiaconus der Kapelle zu Hildagesburg vor sein Gericht, am 22. Decbr. 1357.

Rudolfus, dei gratia Decanus Ecclesie in Boyster, Judex et Conseruator honorabilium virorum dominorum decani et Capituli Ecclesie beati Nicolai in Stendal, Halberstadenſis diocesis, ab honorabili viro domino Gherardo dicto Rauen, Cantore Ecclesie Zwerinenſis, Judice et Conseruatore dictis decano et Capitulo ecclesie Stendaliensſis predictae, a sede apostolica deputato subdelegatus, discreto viro Rectori Ecclesie in Schinne halberstadenſis diocesis Salutem in domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noueritis nos litteras domini Gherardi Cantoris ecclesie Zwerinenſis predicti — recepisse in hec verba: Gherardus, Cantor ecclesie Zwerinenſis, Judex et Conseruator honorabilium virorum decani et Capituli ecclesie beati Nicolai in Stendal — honorabili viro decano in Boyster — Constitutus in nostra presentia procurator honorabilium virorum dominorum decani et Capituli Ecclesie Stendaliensſis halberstadenſis diocesis, immediate Ecclesie Romane subiecte, nobis est conquestus, quod a X. XX. XXX. XL. L. LX. ymo Centum et octoginta annis circa et ultra Cappella in hillungesborch pertinuerit et pertinere consueuerit ad ecclesiam predictam Stendaliensſem, ita quod per tempora et pro tempore prelibata quicumque electus in decanum ibidem consueuit prefatam Cappellam tenere possidere et in possessione habere — necnon elemosinas fidelium in specialibus festis anni ibidem libatas colligere percipere ac in vsus suos et Ecclesie Stendaliensſis prelibate cum omni libertate conuertere, tamquam exemptam ab omni legis et jurisdictionis dyocesane potestate, vna cum ecclesia parrochiali in Ellebu, a qua dependere dinoscitur Capella supradicta. — Tamen honorabilis vir dominus Gherlacus de honuels, predicti loci Archidiaconus, in quo predicta Cappella est constituta, — eidem Ecclesie Stendaliensſis decano et Capitulo molestias, inquietationes, offensas et injurias ymo vim inferens turbatam, quinque claues dicte Capelle rapiendo, Cappellam claudendo, ne ibidem elemosine fidelium offerantur impediendo, nullam causam rationabilem pretendens, ymo pronone spiritu erroris imbutus procurando ab honorabili viro domino officiali curie Magdeburg, fructus elemosinarum fidelium christianorum ibidem libatarum arrestari, in non modicum prejudicium priuilegiorum ac libertatum Ecclesie Stend. memorate, Petens a nobis humiliter et deuote super predictis notoriis factis probationes recipi ac ipsis receptis, prefatum dominum Gherlacum archidiaconum vt a prefatis insultibus injuriis et molestationibus se abstineat et conpescat coherceri censura ecclesiastica mediante. — Qua propter vobis mandamus — quatinus dictum dominum Gherlacum de honuels archidiaconum, accedentes, vbi propter hoc fuerit accedendum et peremptorie eundem citetis — vt feria sexta proxima post diem beate prisce virginis in opido Sehufen uerdenſis diocesis compareat coram nobis, ad audiendum probationes testimonia et cetera super premisso notorio facto et juribus ecclesie Stendaliensſis prelibate. — Datum boyster, Anno domini M^o. CCC^o. L. septimo, In crastino beati Thome apostoli gloriosi.

CLIX. Erzbischof Otto verzichtet auf die an der Kapelle zu Hildagesburg von dem Archidiaconus des Bannes Wanzleben in Anspruch genommenen Diözesanrechte, am 31. Mai 1358.

— Nos Otto, dei gratia sancte Ecclesie Magdeburgensis archiepiscopus, hermannus de wederde senior Capituli Totumque Capitulum ejusdem Ecclesie recognoscimus — Quod ab olim suborta materia litium ac rixarum inter nos nostrumque Capitulum predictum parte ex vna, necnon honorabiles viros decanum et Capitulum Ecclesie Stendalgenfis halberstadenfis dyocesis, absque omni medio sacro sancte Romane Ecclesie subiecte, parte ex altera, super Capella, que vulgariter nominatur hillingesborch, — In qua quidem causa nostrum tunc officialem concessimus super premiffis rite discutiendis auditorem: Qui contra nos et Ecclesiam nostram diffinitiuam sententiam in nomine domini promulgauit, Quam quidem diffinitiuam sententiam protunc lucidius informati approbauimus. — Sane prelibata diffinitiuam sententia non obstante, honorabilis vir dominus Gherlacus de honuels, archidiaconus in wantfleue, in cuius archidiaconatu et districtu prefata Cappella dinoscitur constituta, Nonnullas incepit mouere prefato decano et Capitulo Stendalgenfi actiones et violentias inferre turbatias, Quas — volentes vna cum decano et nostro Capitulo radicitus perpetuis temporibus extirpare, declaramus et declarando pronunciamus et dicimus, Nos nostrumque Capitulum dictumque archidiaconum in predicta Cappella hillingesborch, quoad legem dyocesanam ac legem iurisdictionis propter exemptionem, libertatem, diurnam possessionem canonicamque prescriptionem penitus nullum ius habere similiter eidem archidiacono perpetuum silentium inponentes etc. Testes hujus sunt honorabiles viri et domini Fredericus de plotzik senior, hilmarus de wederdenn, Gumpertus de wantfleue Cellerarius, Gherlacus de honuels Cantor, fredericus de plotzik iunior, volradus de que-renuorde scholasticus, Jordanus de Nendorpe, henricus de keuerenberch, Bernardus de meyrnersem, Iodewicus de wantfleue, henricus de werberghe et Magister Johannes de Martpurge Canonici Ecclesie Magdeburgensis predictae. Datum anno Domini M^o. CCC^o. quinquagesimo octauo, ipso die corporis christi.

LCX. Der Knappe Dieterich von Wultiz verkauft Hebrungen aus Wultiz und Porditz an Bürger in Stendal, am 5. Juni 1358.

Ad cunctorum noticiam — Ego tydericus famulus dictus de vultitze residens in wardenberghe cupio peruenire profitens publice, Quod viris discretis hynrico, Ottoni et tyderico fratribus dictis de scartow, ciuibus in stendal, et eorum veris heredibus vendidi ac dimisi presentibusque vendo et dimitto et coram nostro domino marchyone Brandenburgensi resignaui et resigno vnum chorum dari frumenti situm in villa porditze, videlicet in curia Ebel des papen sex modios filiginis et sex modios ordei et in curia hynrici cremekow sex modios filiginis et sex modios ordei, et in villa vultitze in curia Coppe berchen terciam partem vnius marce et in eadem curia terciam partem de precaria videlicet tres solidos cum vno obulo in festo walburgis et totidem in festo beati mychaelis et terciam partem de duobus modiis filiginis et terciam partem de duobus modiis ordei et terciam partem de quatuor modiis auene, singulis annis in ciuitate stendal soluendos et tollendos quiete ac pacifice possidendos, prout ego hactenus habui et possedi. In cuius rei testimonium meum sigillum presentibus desuper datis duxi apponendum. Testes hujus facti sunt honorabiles viri Conradus, tyde-

ricus, arnoldus et hennighus fratres dicti de Wleitze et quam plures alii fide digni, Datum anno Domini M°. CCC°. LVIII in die bonifacii et fociorum ejus.

CLXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Domstifte eine Hufe Landes vor Seehausen, am 9. Novbr. 1358.

— Nos Ludowicus Romanus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, — Ad uniuersorum — noticiam — volumus peruenire, Quod — donamus in perpetuum iusto proprietatis titulo ecclesie collegiate beati nycolai in Stendal halb. dyoc. — vnum mansum situm ante valuas opidi Sehufen, qui prius pertinuit ad hinricum flanduel, a quo hinrico honorabiles viri Conradus de Buch prepositus in Sehufen et Jacobus flanduel altaris ibidem eundem mansum ipforum pecunia comparabant, Jus hereditarium dicti mansi et omnes et singulos redditus et prouentus ipsius annuales ad ius et proprietatem dicte ecclesie collegiate et dictorum prepositi decani et capituli ipsum (sic) omnimode transferentes, quod ad humanos vsus idem mansus cum ipsius redditibus, fructibus, obuencionibus, iuribus, decima, precaria, equo pheodali et censu et pertinenciis vniuersis redire non debeat quouismodo, sed ad eandem ecclesiam — iugiter pertinere debet, Renunciantes pro nobis fratre nostro domino ottone marchione Brandenburgensi et nostris heredibus et successoribus omni iuri etc. — Presentibus strenuis viris Hassone de wedel de valkenborch, marquardo Luterbek, Petro de Bredow, Johanne de Rochow, militibus, Wedegone de wedel, nyclao de Bismarke, Thiderico mörner preposito Bernowensi cum ceteris pluribus fide dignis. Datum et actum haelberghe, Anno domini millesimo Tricentesimo quinquagesimo octauo, feria quinta proxima ante festum beati Martini episcopi.

CLXII. Das Domstift appellirt an den apostolischen Stuhl wegen des ihm zum Domherrn aufgedrungenen, als Anhänger des Markgrafen Ludwig in den Bann versfallenen Hoyer Falke, am 7. Mai 1359.

— Anno — M°. CCC°. L°. nono, — die Septima mensis maji, — in mei publici notarii infrascripti et testium subscriptorum presentia — Johannes decanus et Capitulum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal, — fecit suum — verum et legitimum procuratorem Syndicum Seu actorem honorabilem virum dominum Johannem de Santerleue, Canonicum dicte ecclesie Sancti Nicolai in Stendal, — ad appellandum ad sedem apostolicam, — in appellatione a nonnullis Sententiis — contra dictos decanum, Capitulum et ipsum Johannem de Santerleue et pro domino hoyero falke, afferente se canonicum ecclesie Stend., ab honorabilibus viris dominis Bozone Sacrista Auinionensi, Executore suo Super — Canonicatum et prebenda, quos quondam Conradus de Oftheren in dicta ecclesia obtinebat, in curia Romana habitis et pro ipso hoyero prolatis — ac Bernardo dicto vryger, plebano in Gargowe, suo subexecutore, — Presentibus discretis viris hinrico Staleberg perpetuo vicario ecclesie Sancte Marie virginis in Stendal, Johanne plebano in vrsleue, Alberto fabri, Johanne Scheuen, Johanne rigghen, Johanne de Magdeburgh ac Nicolao Schornen

presbiteris halberstad. dioecesis ac pluribus aliis. — Dicta autem constitutione facta — idem dominus Johannes de Santerслеue in continenti — quendam appellationem — animo appellandi interposuit, legit et publicavit per se et intelligibiliter et alta voce, Cujus appellationis cedula tenor de uerbo ad uerbum talis est: In Nomine domini Amen. Coram vobis discretis viro, domino Egberto, dicto de zentfelde, Monasteriensis dyoecesis, perpetuo Ecclesie sancti Nicolai in Stendal. vicario, publico auctoritate imperiali notario, tamquam autentica persona, Ego Johannes de Santerслеue, Canonicus ecclesie sancti Nicolai in Stendal, halberstadenensis dyoecesis, — Syndicus Seu procurator etc. super infrascriptis faciendis nomine ipsorum et nomine meo proprio dico et oppono, quod quia honorabilis vir hoyerus, dictus falken, asserens se canonicum ecclesie Stendaliensis non dum sex diebus elapsis legi et publicari fecit quasdam litteras vnam executoriam ut dicitur Sententiam a reuerendis patribus dominis — Auditoribus Sacri palatii apostolici causarum in causa, quam idem hoyerus mouit Seu mouet in Curia Romana contra prefatos dominos Decanum et Capitulum ac me Super canonicatum et prebendam, quos quondam Conradus de Oftheren in jam dicta ecclesia Sancti Nicolai obtinebat, pro ipso hoyero prolatam, et aliam ut dicitur continentem processus de super factos, — quibus sepedictis dominis decano et Capitulo ac michi Sub excommunicationis, Suspensionis et interdicti Sententiis ac penis mandabatur, ut dictum hoyerum in Canonicum Ecclesie Stendaliensis et in fratrem reciperemus et admitteremus ad prebendam Supradictam, eidem stallum in choro et vocem in capitulo cum omni jure ad dictos Canonicatum et prebendam pertinente infra Sex dies assignando — Quodque eidem Centum et quinque cum dimidio florenos nomine expensarum in dicta lite factarum solueremus in termino deputato. Id circo — protestor et propono — quod — semper volumus dictis — preceptis humiliter obedire ac ipsum hoyerum beniuole recipere et admittere ad predicta, quantum de jure tenemur et possumus ac possibilitas nobis Suffragatur. Verumptamen quia ipse hoyerus majoris excommunicationis Sententia innodatus ex eo et pro eo quod Inelito principi domino Ludowico, duci bauarie, tamquam Marchioni brandeborgensi adhesit, ab eodem quedam bona, que adhuc tenet et possidet in feodo et quoddam Officium publicum, videlicet Monete, quod etiam ad huc pro parte tenet et possidet, sibi assumendo, Qui quidem dominus ludowicus cum omnibus sibi adherentibus majoris excommunicationis Sententia per dominum Johannem papam XXII. ac dominum Clementem felicis recordationis papam VI. fuit innodatus, — Et quia in jam dictis processibus nobis precipi dicitur, quatinus ipsum ad dictos Canonicatum et prebendam, quos quondam dominus Conradus de Oftheren, ut premittitur, obtinebat, que vna est de majoribus prebendis in dicta ecclesia Sancti Nicolai, recipere et admittere deberemus, quod est contra consuetudinem prefate ecclesie Sancti Nicolai juratam et hactenus absque ulla interruptione seruata a tempore et pro tempore, de cuius contrario memoria homini non existit, qua cauetur, quod ad prebendam majorem quis canonicorum, nisi minores et medios prebendas transferit, que in ipsa ecclesia notorie reperiuntur et sunt, et ab ipsius fundatione et institutione fuerunt, non valeat quomodolibet peruenire. Et quia Stallus in choro et vox in Capitulo ad dictos canonicatum et prebendam non pertinent nec pertinere Solent, nisi ipsos obtinens sit in sacris constitutus vel in loco priuilegiato causa studii fuerit per annum commoratus ex consuetudine jurata et a tempore et per tempus, cuius contrarii memoria non existit, inconvulsa obseruata, que consuetudines nec in gratia ipsius hoyeri, virtute cuius dictos canonicatum et prebendam petit ac petit, nec sententiis nec processibus supradictis sunt Sublate, ipse autem hoyerus cum nec in Sacris existat, nec in Studio Steterit, ut Superius premittitur, ipsum, prout nobis mandari dicitur, pro nunc non possumus nec tenemur recipere juris impossibilitate nobis obuiante. Qua propter per dictas Sententias — sentietis dominos meos decanum et Capitulum et me fore grauatos et metuens verefimiliter forcius aggruari in futurum,

a dictis Sententiis — ad sedem apostolicam — prouoco et appello etc. — Qua quidem appellationis cedula non dum totaliter lecta memoratus dominus hoyerus personaliter vna cum domino bernardo vryer Subexecutore suo dictum chorum ecclesie Sancti Nicolai in Stendal accessit et intrauit, quibus idem dominus Johannes de Santerслеue dicta appellatione Seu cedula appellationis interposita et publicata et integraliter perlecta Statim et in continenti eandem appellationem denuo interponendo et legendo alta voce et intelligibiliter intimauit, insinuauit et notificauit ac eisdem legi ipsam petentibus et audientibus publicauit et me notarium infra scriptum requisit, ut sibi de premiffis conficerem vnum uel plura publica instrumenta. Acta sunt hec ut supra Presentibus honestis viris et discretis domino Cunrado duferi Canonico dicte ecclesie Sancti Nicolai et plebano ecclesie Sancte Marie ibidem in Stendali, Cunrado Swederi plebano ecclesie Sancti Jacobi ibidem, Alberto de lucen, Sancti Johannis baptiste, Petro de norstede ecclesie sancti Jacobi in Stendal, diderico de cimiterio et Nicolao verchlant in ecclesia Sancti Nicolai predicta perpetuis vicariis, hinrico bucholt, bethekino Kasteli et Cunrado haken opidanis in Stendali et pluribus aliis fide dignis tam clericis quam laicis testibus ad premiffa vocatis Specialiter et rogatis.

Et ego Ecbertus dictus de zentfelde clericus Monasteriensis dyoecesis, publicus auctoritate Imperiali Notarius etc.

LXIII. Bischof Ludwig von Halberstadt schließt sich dieser Appellation an, am 31. Mai 1359.

Ludewicus, dei et apostolice sedis gratia Electus Ecclesie Halberstadenfis, Dilectis nobis in Christo Ecclesiarum parrochialium altariumque Rectoribus per dioecesim nostram Halberstadensem constitutis — Nuper pro parte honorabilium virorum, dominorum decani et Capituli Ecclesie sancti Nicolai in Stendal, nostre dioecesis, nobis fuit querulose relatum, quod licet alias, cum discretus vir dominus Hoyerus valke, opidanus in Stendal, quandam prebendam in eadem Ecclesia virtute gratie sue a sede apostolica impetrata ac processuum desuper factorum ab ipsis postularet, ipsi iustis ex causis et racionabilibus ad sedem apostolicam appellarent, dictus tamen Hoyerus volens infringere consuetudines ipsius Ecclesie juratas et a principio et per tempus, cujus contrarii memoria non existit, infracte observatas, ipsos nondum desinit perturbare; Quapropter nobis idem decanus ac capitulum, quatenus prefate appellacioni adherere dignemur, cum instancia supplicarunt. Volentes itaque iustis ipsorum petitionibus annuere, quia ipsam appellacionem racionabilem et ex iustis causis interpolitam inuenimus, eidem appellacioni tamquam racionabili ac jam dictis dominis tenore presentium duximus adherendum, mandantes vobis et cuilibet vestrum, ne aliqua mandata extranea siue processus contra prefatos dominos pendente dicta appellacionis causa publicetis, sed in talium mandatorum suscepcione synodalia nostra instituta districte obseruetis, scituri contrarium facientes nos condigna ulcione plectendos. Copiam autem jam dicte appellacionis petentibus prestabimus debite requisiti. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum anno domini M^o. CCC^o. LIX. feria tertia in rogacionibus.

CLXIV. Papp Innocenz befehlt dem Domſiſte, den Hoyer Falke zum Beſitz einer Major-Präbende zuzulaſſen, am 17. Nov. 1359.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Decano et Johanni de Santerſleue Canonico ac Capitulo ecclesie sancti Nicolai Stendalgenſis. — Sane petitio pro parte ueſtra nobis exhibita continebat, quod olim hogerus falke, qui pro Canonico ecclesie ueſtre ſegerit, uigore quarundam litterarum noſtrarum, per quas beneficium eccleſiaſticum cum cura uel ſine curia ad collationem uel preſentationem ueſtram filii decani et Capituli communiter pertineas in ea forma, ſecundum quam dudum pro pauperibus clericis beneficiandis ſcripſimus, expectabat, Canonicatum et majorem prebendam dicte ecclesie, in qua minores, medie ac maiores prebende exiſtunt, et de antiqua et approbata et hactenus pacifice obſeruata conſuetudine et a tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit eſt obtentum et pacifice obſeruatum, quod de minoribus ad medias et de mediis prebendis predictis ad majores prebendas prefatas per optionem et non aliter aſcendi debeat, per obitum quondam Conradi de Oſthern, ipſius ecclesie Canonici, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, uacantes et ad collationem ueſtram, filii decani et Capitulum, ſpectantes et quam prebendam tu, fili Johannes, iuxta eandem conſuetudinem optinueras et tenebas et poſſidebas, acceptauit et ſibi de illis obtinuit prouideri et nonnullas proceſſus fieri procurauit et fecit, a quibus pro parte ueſtra fuit ad ſedem apoſtolicam appellatum, idemque hogerus in cauſa appellationis huiusmodi et negotii principalis Tres pro ſe et contra uos ob defectum procuratoris ueſtri diffinitiuas ſententias in palacio cauſarum apoſtolico reportauit et ſuper eorum executione noſtras litteras impetrauit, quarum auctoritate moniti fuiſtis, ut ipſum hogerum ad ipſos Canonicatum et prebendam reciperetis et admitteretis, et nonnullos alios contra uos ſuper hiis proceſſus fieri fecit, diuerſas penas et ſententias continentes, quodque uos timentes, ne pro eo quod de huiusmodi et aliis conſuetudinibus dicte eccleſie obſeruandis iuramentum preſtituiſtis, perjurium incurreretis et conſuetudini derogaretur eidem, hogerum prefatum minime recepitiſtis ſed a proceſſibus appellatiſtis eiſdem: Quare nobis humiliter ſupplicaſtiſtis, ut prouidere uobis ſuper hoc de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur ueſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, uobis auctoritate apoſtolica tenore preſentium concedimus, quod huiusmodi iuramento et conſuetudine nequaquam obſtantibus, dictum hogerum ad huiusmodi Canonicatum et prebendam recipere et alias ipſis proceſſibus parere ualeatiſtis quodque per hec nullus ueſtrum incurrat perjurium nec eidem conſuetudini in aliquo derogetur. — Datum Auinion, XV. kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno Septimo.

CLXV. Das Domcapitel zu Halberſtadt übernimmt die ſchiedsrichterliche Entſcheidung zwiſchen dem Domſiſte Stendal und dem Hoyer Falke, am 18. Nov. 1360.

Nos Lodewicus de honſtein ſenior Totumque Capitulum Eccleſie halberſtadenſis — recognoſcimus — Quod conſtitutus in noſtri preſentia diſcretus uir Johannes de Santerſleue, Canonicus eccleſie ſancti Nicolai in Stendal, procurator honorabilium uirorum decani et Capituli Eccleſie ſancti Nicolai predictae, — propoſuit coram nobis, Quod licet honorabiles uiri Decanus et Capitulum predicti procuratores hogeru falke, ejuſdem Canonici, uigore gracie ſue et reſcripti apoſtolici ſuper appellationibus a ſententiis et proceſſibus interpoſitiſtis ipſis directi, nomine ſuo in Canonicum et in fratrem recepiffent locum in capitulo et ſtallum in choro ac prebendam majorem cum plenitudine iuris canonici

assignarent Eique de expensis taxatis et fructibus perceptis satisfecissent competenter, Ipse etiam hogerus fructus sequestratos dudum ante subleuasset, Idemque personaliter superueniens ea, que dictis procuratoribus suo nomine facta fuerant, approbasset, que omnia et singula dictus procurator Instrumentis desuper confectis se docere exhibuit et probare, Ipse tamen hogerus, iure suo non contentus, prefatos dominos inpetere non cessauit. Super qua inpetitione in iure vel amicitia sedanda venerabilis dominus halberstadenſis Ecclesie electus et confirmatus craftinum beati Martini pro termino ipsis partibus assignauit, quem terminum predictus procurator procuratorio nomine se exhibuit ad realiter satisfaciendum eidem hogero et de satisfaciendo cautionem fideiussoriam vel pignoratitiam prestandam, si et in quantum sibi in aliquo non esset plenarie satisfactum, Idemque procurator vt premititur ad compromittendum in venerabilem dominum nostrum halberstad. predictum et Capitulum nostrum in Jure se liberaliter obligauit, nobis humiliter supplicando, quatinus predictum arbitrium seu compromissum vna cum venerabili domino nostro halberstad. in Jure terminandum in nos sponte reciperemus et prefatum hogerum, vt a dominis suis iusticiam reciperet, si quid iusticie eidem deficeret, et eosdem amplius indebite non inpeteret, informare dignaremur. In quorum omnium et singulorum euidentis testimonium sigillum nostri Capituli ad causas presentibus est appensum. Datum et actum halberstad. Anno domini M°. CCC°. LX°. In octaua sancti Martini confessoris.

CLXVI. Die von Runtſtede verkaufte dem Domſiſte Beſitzungen in Bieſewede, am 30. April 1361.

Wie Jan vnde Eric van Ronſtede bekennen openbare in diſſeme ieghenwordighen briue, dat wie alle dat gud, dat wie hadden in deme dorpe tu Beſwede, hebben verkoft rechte vnde redeleke den Erbaren heren deme dekene vnde deme Capittle des godeshuſes tu ſente Nicolaws tu Stendale, vnde ſe vns dat erleke, ſuerleke vnde wol betalet hebben alſo, dat wie eder vnſe ernamen dar nen recht mer an hebben. Tu eyner betughunge diſſer ding hebbe wie vnſe Ingheseghele an diſſen bref ghehanghen. De gheuen is na goddes bord dritteinhundert Jar In deme ein vnde ſeſteheſten Jare, In ſente wolburge auende.

CLXVII. Der Knappe Fritz von Vinzelberg conſentirt in die Veräuſerung von Beſitzungen zu Klein-Schwechten an das Domſiſt, am 25. Juni 1361.

Ego fritzo de vincelberg, famulus, recognosco — Quod ad vendicionem vnus frusti annuorum reddituum videlicet anene et denariorum brand. ſiti in villa minori Swechten, factam discretis viris domino hinrico de Soltwedel ac Ecberto dicto de zentfelde, perpetuis vicariis ecclesie sancti Nicolai in Stendal, per dominum Wernerum de vincelberg, canonicum quondam dicte Ecclesie, patrum meum bone memorie, locati ad altare sanctorum petri et pauli apostolorum, ſituatum in predicta Ecclesia, ob mee anime et salutem parentum meorum conſensum meum et assensum dedi, approbaui et ratam tenui, — ſicut frater meus henricus bone memorie et alii mei patri, quorum ſigilla littere venditionis super hoc tradite ſunt appensa, conſenserunt. — In cuius testimonium

eidens sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum Anno domini M^o. CCC^o. LX. primo, In crastino festi natiuitatis sancti Johannis baptiste, Presentibus honorabilibus viris dominis Johanne de gartow, decano, Johanne de Scepelitz ac Nicolao de buch, Canonicis ecclesie sancti Nicolai in stendal predictae.

CLXVIII. Markgraf Ludwig der Römer erklärt sich für unbefugt, das Domstift mit Ablager, Bede oder sonstiger Besteuerung zu beschweren, am 16. October 1361.

Wyr ludowich der Romer, van godes gnaden marggrafe tu brandenborch vnd tu Iufitz — bekennen, — dat wy an des stiftes tue sunte nycolawes in vser stad tue steindal gude vnd lude neynerleye herberghe, bede noch beschattinge hebben fullen von rechtswegen. Hir vmme en schullen we se nictes bidden oder beschatten eder beherbergen, vnd deden dat vnse houetlude, voghede ofte land-ridder oder yemant von vser wegen oder wye dat tede, dar scholen wye vnd willen en rechts ouer helpen: vnd deden wy des nicht, wen dye Canoneken des fuluen stichtes tu sente nycolaus tue steindal dat von vns eyfchen, so scholen sy macht hebben gentzliken dat tu vordern mit geistlekeme rechte, wor sy konnen vnd mogen, an vnse hindernisse vnd vordechnisse. Des tu getuknisse haben wir vnser insigel gegangen an disen brif. Gegeben to Tangermunde, nach godes geborde dritteinhundert Jar darnach in dem eyn vnd festigestem Jare, an sente gallen tage.

CLXIX. Papsf Innocenz IV. läßt durch den Archidiaconus des Bannes Alvensleben die Klage des Domstifts, auf Veranlassung des Hoyer Falke mit Unrecht excommunicirt zu sein, untersuchen, am 15. Jan. 1362.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio archidiacono Banni alwenf-
leue in ecclesia halberstadenfi — Sua nobis dilecti filii Johannes de Chartou, decanus, et Cap-
itulum ecclesie sancti Nicolai in Stendal — petitione monstrarunt, quod licet idem decanus et singulares
perfone dicti Capituli nullius essent excommunicationis uinculo inmodati, tamen Johannes Bren-
ghetow, presbiter ejusdem diocesis, ad instantiam hogeri falke, qui se gerit pro clerico dicte dio-
cesis, eosdem decanum et singulares personas dicti Capituli excommunicatos publice nuntiauit, propter
quod pro parte dictorum decani et Capituli, sentientium exinde indebite se grauari, fuit ad sedem aposto-
licam appellatum. Quocirca discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis qui fuerint
euocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens
quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. — Datum Auinion XVIII. kal. febr.,
Pontificatus nostri anno decimo.

CLXX. Rudolph, Propst zu Stendal, Heinrich und Kopfin, alle von Doblyn genant, verkaufen dem Domsifte zum Michaelis-Altar Hebugen aus Schernekow, am 25. Juli 1362.

— Nos Rudolphus prepositus ecclesie Sancti Nicolai in Stendal, Capellanus, Henricus, frater meus, ac Coppekinus, patruus meus, famuli, dicti de Doblyn, vasalli inclitorum principum dominorum Ludowici Romani ac Ottonis fratrum Brandenburgensium et Lufatie Marchionum — Vendidimus iusto vendicionis titulo discretis viris dominis Egberto dicto de zentfelde Sancti Nicolai, ac Petro de Norstede Sancti Jacobi ecclesiarum in Stendal perpetuis vicariis, Testamentariis et Salemannis domini Christiani de Calvis, quondam plebani in ghorne, necnon Johanni de Hattz, eciam perpetui vicarii ecclesie Sancti Nicolai predictae, Duo frusta reddituum sita in villa et campis ville Schernekowe, quorum unus chorus filiginis derivatur et solitus est perfolvi de quodam agro, qui vulgariter dicitur Morghenlant, quem villani dicte ville colunt communiter et de eo solent perfolvi viginti duo modii filiginis et totidem mensure, que proprie dicuntur Matten, facientes et explere debentes duos modios filiginis, et sic erit unus chorus complete, Sex modii filiginis et totidem ordeï de curia Coppen Stenveldes, Et sex modii filiginis et totidem ordeï de curia Dalynis, apponenda, assignanda et deputanda ad Altare Sancti Michaelis situm in ecclesia Sancti Nicolai predicta. Et nos ad instanciam dictorum Testamentariorum et Johannis predicti una cum eisdem dicta duo frusta reddituum ad dictum Altare assignavimus, apposuimus et deputavimus, locamus, assignamus, apponimus et deputamus per presentes, quiete et pacifice iusto proprietatis titulo, cum omnibus juribus, commodis, utilitatibus, honoribus, proventibus et pertinentiis universis et singulis, sicut a Principibus et Marchionibus predictis ea habuimus perpetuis temporibus permanenda, Ita videlicet quod vicarius dicti Altaris pro tempore existens, qui dictam annonam colliget et recipiet, in Anniversario predictorum domini Christiani et Johannis, qui simul et semel una die annis singulis et perpetue cum vigiliis et missa pro defunctis sollempniter peragetur, inter dominos Canonicos, vicarios et Scholares, qui presentes interfuerint, et ad Elemosinam pauperum distribuatur, prout in littera Capituli ecclesie Sancti Nicolai prefate super hoc edicta lucidius continetur etc. — Actum et datum anno domini M^o. CCC^o. sexagesimo secundo, ipso die beati Jacobi Apostoli gloriosi.

CLXXI. Hermann von Werberghe citirt in Sachen des Domsifts Stendal wider Hoyer Falke und Jacob von Sluden diese vor Gericht, am 27. August 1362.

Hermannus de werberghe, Canonicus ecclesie Halberstadenfis, iudex cause appellacionis inter partes infra scriptas ab honorabili viro, domino Henrico de Keurenberghe, archidiacono banni aluenfleue in ecclesia halberstadenfi, iudice in hac parte a sede apostolica delegato, subdelegatus, discretis viris Sancti Nicolai, sancte Marie et sancti Jacobi ecclesiarum parochialium rectoribus, in opido stendaligenfi halberstadenfis diocesis constitutis, Salutem. — Quia hoyerus falke et jacobus de sluden, dicte Halberstadenfis dyocesis clerici, in termino per nos ipsos ad respondendum libello coram nobis in iudicio pro parte honorabilium virorum dominorum decani et capituli ecclesie sancti Nicolai in stendal — oblato et ad suam contumaciam expurgendam assignato, quamvis legitime citati comparere coram nobis in iudicio contumaciter non curarunt, nos — hoyerus et jacobum predictos iusticia exigente iudicavimus contumaces, expensarum condemnationem

Ipsarumque taxationem nobis in posterum faciendas referuantes. Cum autem crescente contumacia crescere debeat etiam pena, nos ad ipsorum conuincendam militiam ipsos, ne nimis propere procedere uideamur, sub pena fore citandos decreuimus. Qua propter vobis et vestrum cuiilibet, qui super presencium executionem fuerit requisitus, in virtute sancte obedientie et sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie — mandamus, quatenus — hoyerum falcken et iacobum de fluden predictos propriis in personis, si ipsorum copiam habere poteritis, alioquin in vestris et sancti Nicolai ecclesiis, publice de ambonibus nec non in domibus habitacionis ipsorum sic, quod ad eorum noticiam vero similiter perueniat, peremptorie sub excommunicationis pena citetis, quos et nos simili modo citamus per presentes, ut die decima mensis septembris — coram nobis in brunswig in ambitu monasterii sancti egyptii — compareant. — Datum Brunswich die XXVII. mensis augusti anno domini M^o. CCC^o. VII^o. nostro sub sigillo.

CLXXII. Die zur Beendigung des Streites des Domcapitels mit dem Hoyer Falcke erwählten Commissarien remittiren die Akten an den Halberstädter Dompropst, da sie keinen Vergleich zu Stande bringen können, am 1. Nov. 1362.

Honorabili viro domino B. de sculenburg, sancte Marie virginis in Halberstad preposito ac Magdeburg. et sancti Nicolai in stendal Ecclesiarum Canonico, Conradus swederi, sancti Jacobi in stendal Ecclesie plebanus, ac franko bodeker opidanus ibidem, arbitri seu arbitratores in causa, que vertitur inter honorabiles viros dominos prepositum decanum et Capitulum Ecclesie beati Nicolai in stendal predictae ex vna, necnon hoyerum falcken, Canonicum ejusdem ecclesie parte ex altera, Obsequii, reuerentie et honoris, quantum ipsorum. Quia cum arbitris seu arbitratoribus pro parte dicti domini hoyeri electis, neque in amicitia neque in jure concordare potuimus, vobis tamquam supremo arbitro seu arbitratori, ex vtraque parte concorditer electo, articulos tam hoyeri quam etiam dominorum predictorum per discretum virum dominum Ebertum dictum de Zentfelde, dicte Ecclesie sancti Nicolai Rectorem, de quo bonam fidem gerimus, transmittimus, et duximus transmittendos vestre reuerentie attentius supplicantes, quatinus eosdem acceptare beniuole dignemini dictam causam secundum ejus merita et vt vobis videbitur vt speramus, quod bene facere velitis et debeatis, in amicitia vel in jure infra hinc et festum Epiphanie domini sine congruo terminando. In testimonium sigilla nostra presentibus tergotenus sunt annexa. Datum anno domini M^oCCC^oLXII^o. In die Commemorationis omnium fidelium animarum

CLXXIII. Markgraf Otto vereignet dem Propste Rudolph und dem Knappen Heinrich von Döbelin Besitzungen aus Göhre, Döbelin und Mengelingen, am 7. Mai 1363.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie marchio, — ob multiplicem famulatum, per Discretos Rudolphum de Dobelin prepositum ecclesie Stendalensis, Cappellanum, et Henricum fratrem suum, famulum, fideles nostros dilectos, nobis exhibitum ac in posterum exhibendum, ipsis ac suis heredibus appropriauimus et per presentes solempniter appropriamus duos choros annone cum dimidio modio annui redditus infra notatos, quos hactenus a nobis in feudum tenuerunt, sitos videlicet In villa Göre in curia Nicolai Bartoldes XVIII modios tritici, In villa Dobelin in curia Wil-

ken Sculten II modios tritici, In villa Ungelinge in curia Claus Geuse I chorum siliginis, V. modios tritici, VI. modios ordei et in curia Storbekes, ibidem VI. modios ordei cum omnibus suis juribus, utilitatibus, commodis, honoribus et pertinentiis quibuscunque, quocunque nomine nuncupentur, iusto proprietatis titulo pacifice et quiete possidendos, Concedentes eisdem liberam facultatem vendendi, commutandi, donandi et legandi ecclesis. — Presentibus nobili viro Gunthero Comite de Lindow Strenuisque viris Gumperto de Aldenhusen, Johanne de Wantfleve militibus, Henrico de Sculenburg, Guntzelino de Bertensfleue et Henrico Gotberg, cum ceteris fide dignis. Datum Tangermunde, Anno domini Milleſimo Trecentesimo Sexagesimo tertio, feria quarta ante festum Ascensionis domini.

CXXIV. Der Knappe Nicolaus von Clöden verkauft dem Domsiste Besitzungen in Biesewede, am 5. Juni 1364.

— ego Nicolaus de Clöden, famulus — dimisi ac iusto contractus titulo vendidi Octo modios siliginis, solitos dari et perfolvi de curia et mansis, quos pronunc colit Coppe bucholte, et tria quartalia de uno modio ordei de curia et mansis, quos colit prefectus, viginti duos denarios in Censu in die beati Martini dandos, Quintam partem de dimidio modio papaveris, Quintam partem de decem et septem modis avene, Duodecim pullos, Quintam partem feodi unius fructu reddituum, quod tenet prefectus, ac partem iudicii, que me contingit, tam in infimo quam supremo, Et omnia alia bona et singula in villa Beswede, que me contingebant de paterna mea hereditate, cum omni jure, sicut ea a patre meo fuerant derivata, pro quinta et dimidia marca et medio fertone argenti brandenburgensis, michi debite perfolutis, Honorabilibus viris dominis Johanni de Gartow, decano Ecclesie Sancti Nicolai in Stendal, Totique Capitulo ecclesie ejusdem, perpetuis temporibus possidenda, et ad eosdem et dictam Ecclesiam jugiter permanenda, Renuncians in hiis scriptis pro me et meis heredibus omni juri et actioni, que michi meisque heredibus in premissis bonis competebant vel competere poterint quomodolibet in futurum. Promitto etiam predictis dominis et eorum successoribus, quod dictorum bonorum pre omnibus juri stare et parere volentibus volo fore verus et legitimus warandator, ac ab impetitione qualibet disbrigator. Necnon feodum bonorum predictorum tenere ad fidas manus sepedictorum dominorum et Ecclesie predictae, donec ad resignandum ab eisdem dominis aut eorundem successoribus fuero requisitus. Ut autem premissa omnia predictis dominis eorumque successoribus inconculse et inviolabiliter observentur, Fritzonem de Vincelberge famulum fidejussorem statui et obligavi, cujus sigillum una cum sigillo meo in testimonium est appensum. Et ego Fritzo de Vincelberge, predictus sigillum meum presentibus apponi feci in mee fidejussionis testimonium antedictae. Testes hujus sunt Streuni viri Bernardus ac Poppo fratres dicti de Buch, Albertus de Buch, Johannes ac Everardus dicti de Scherenbeke, fratres, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M.º CCC.º. sexagesimo quarto, In die beati Bonifacii episcopi et martiris gloriosi. —

CLXXV. Schuldschreibung eines Domherrn zu Schwerin für einen Domherrn zu Stendal, vom 6. Juli 1364.

— ego Thidericus kalfow, Zwerinensis ecclesie Canonicus, domino Johanni de Schepelitzen Canonico Stendalensi in duodecim florenos sum obligatus, quos sui persolvere

teneor quodcumque ab ipso fuero requisitus. In casum vero si ego Thidericus in causa dominorum decani et canonicorum ecclesie Stendaliensis aliquid exponerem etiam dictos duodecim flor. hoc totum mihi de dictis duodecim flor. debet defalcare. Datum Auinion, anno domini M^o CCC^{mo} LXIII, VI die mensis Julii. In Cujus rei testimonium Sigillum meum tergotenus est appensum.

CLXXVI. Des Markgrafen Otto's Bestätigung für das Domstift Stendal, vom
28. Mai 1365.

— Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, — ex certa scientia omnes donaciones, gracias, libertates, litteras et privilegia omnia et singula Honorabilibus Viris, preposito, decano, Capitulo et Ecclesie collegiate Sancti Nicolai in Stendal indultas et indulta ab Illustribus principibus Marchionibus Brandenburgensibus predecesoribus nostris et precipue a fratribus nostris karissimis, domino Lodewico seniore et domino Lodewico Romano divine recordationis ratificamus, approbamus et tenore presentis littere confirmamus, Volentes eos et ea in sui roboris firmitate jugiter permanere Recipientesque presentibus predictos, prepositum, decanum et Capitulum ad nostram gratiam et protectionem, Volentes eosdem in suo jure ubilibet defendere et tueri. Nulli ergo homini liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere gratie nostre sub obtentu. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Nobilibus viris Henrico Comite de Swartzeburg, Johanne domino in Kotbus, Reynoldo de Strele Strenuisque viris Petro de Bredow, Martino de Kuntzendorf curie nostre Magistro, Hermannō de Wulkowe militibus, Guntzelino de Bertinsleue, Henrico de Schulenborch cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tangermunde, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, feria sexta post dominicam, qua cantatur Letare.

CLXXVII. Paul Budij verkauft an Tyhde Schartow Hebungen aus Schadsiedt
am 14. Aug. 1365.

Ik pawel, van Budiffe ghe heyten, — vor kope und hebbe vorkoft redelek und enen rechten kop Tydke Schartow, enen borgher thu Stendal, und synen rechten erve, In deme dorpe thu Schastede, also myn vader my dat ghe ervet het, en verndel rogen und twe Schyllynghe pennynge thynses und festeyn honere In dem fulven dorpe thu schastede. In synem hove ghoden van schastede eyn verndel roghen, In Heyne seroders hove twe schyilling pennynge alle jar thu ghevende thu sunte mertens daghe thu betalende In dy stad thu stendal, Vort mer Heyne gherdes en hun, Heyne dobberko twe hunre, Heyne dervenisse en hun, Heyne schomeker en hun, Gherke Andrewes en hun, Henneke scheper en Hun, Pawel van offemore vyr hunre, Arnt van den berghe en hun, Heyne nyendorpe en hun, Heyne seroder en hun, Ghoden hufrowe twe hunre, Alle jar thu ghevende und thu brengende In die stad thu stendal, sunder allerleye wedersprake. Thughe des kopes, dy hyr over weren, Enghel hydde, Tydeke Wlfeke, Coppe storbeke, Henryk franken und mer ander ghuder lude. Dat ik pawel van Budiffe vor sproken deffen vorbenommeden kop stede und ghans

war thu wesende, so hebbe ik myn Inghefgele an dessen Bryf thu thughe ghe hangen und myn vedder Hennygh budiz. Datum anno domini M.º CºCºCº. LXVº. In vigilia assumptionis marie virginis.

CLXXVIII. Die von Wultitz verlaufen an Thydeke Schartow Gebungen aus Hohen-Wultsch, am 14. Mai 1366.

Wy Thideke van wultitze vnd Cone van wultitze, Henninges son van wultitze knapen, Bekennen — dat wy mit wohlbedachtem mute, met Rade vnd vulborde vnser Frunde, redeleken vnd rechtleken hebben verkoft vnd hebben vpgelaten vor vnsern Herren, den Marggreuen, den Beseheyden manne Thydeken scharthowe Borgher to stendal vnd synen rechten eruen so dane gud, iarlike pleghe vnd Rente, de dar lecht in deme dorpe to hoghen wultitze, also hir na bescreven steyt: In Coppen berchten hove dat druddendeyl van eyner marcke Brd. fuluers vnd in deme seluen houe dat druddendeyl der Beden, also dry schillinghe vnd ein scherf Brand. penninghe to fynte wolborghen daghe vnd also vole penninghe to fynte Michils daghe vnd dat druddendeyl van twen schepele roghen vnd dat druddendeyl van twen schepele ghersten vnd dat druddendeyl van vyr schepele hauerer fredeliken vnd erfleken to eyne rechten lene to hebbene vnd to besittene sunder allerleyghe hynder vnd arghelyft. Desse vorsecreuen Jarlyke pleghe vnd Rente schal man alle iarlykes to rechter tyd vt den vorbenomeden hove Thydeken schartowen vnd synen rechten eruen met guden korne vnd met guden penninghen Bereyden vnd Betalen in der stad to stendal fynder allerleyghe hynder vnd ane vortoch vnd willen en vnd synen rechten eruen deses vorsecrevene gudes eyn recht gheware syn vor allerleye ansprake. Hyr ouer hebben gheweset to tughe de wyfen manne Thydeke, Cone vnd arnt, Brudere, gheheyten van wultitze vnd Otte scharthow, Borgher to stendal, vnd vole mer guder lude, de wol tughes werdich synt. Dat wy alle desse vorsecreuene stücke deses bryues vnd eyn yslich By fyndern stede vnd ghantz vntobroken holden willen, hebbe wy vnse Inghefgele met hern Bartholdus Inghefghel pryfster gheheyten van wultitze met rechter witschap to tughe an dessen Bryf laten henghen, De ghegheuen is Na godes ghehort Druttteynhundert Jare, In deme seffe vnd Sestigheften Jare, an deme heylighen daghe der heylighen hemeluart vnser heren ihesu Cristi.

CLXXIX Die Knappen von Cloden überlassen dem Domstifte Besitzungen zu Biesewede, am 6. Juni 1368.

Wy henrich, Vrederich, Rulof vnd Wyghert Brüder, gheyten van Cloden, knapen, Bekennen — dat wy hebbe — vorkoft vnd vorlaten den erlyken heren deme Deken vnd deme gantzen Capitulo tu Sunte Nicolaus tu Stendal Swes wy hebben vnd hebben gehat vnd hebben muchten in deme dorpe tu Byzewede an pachte, an Roghen, an ghersten, an hauerer, an mone, an Tynze, an hunren, an Theghenden, an gerichte hogheste vnd Sydeste in Straten, In hoven, In velde vnd in marken, an dyneste vnd an Beden, Vnd vorlimer In allen stücken, dat nuth vnd vruch mach heyten vnd ghentze-lyken vnd altomale, alz et henrich von Cloden, vnse lyue vader, deme god ghenedich si, vns ghelaten vnd gheheruet heth, vor Teymarch (sic) Brandenborches fuluers vnd ghewych, dy si vns ghentze-

lyke bereyt hebben nach vnser wyllen: vnd dat Syluer hebbe wy vort ghebrach in vnser nut vnd hebben vortmer in deme dorpe Tu Byzewede alle dyt vorbenumede gud, also hyr vor Bescreuen steyt altumale vorlaten vor deme hegheden dynghe deme deken von Stendal Tu des Capitels hant vor deme Seulten vnd vor den Buren vnd vor andern guden luden, dy dar yeghenwardych weren, dy dar tu eyn dynch hadden gheheget dorch vnser Bede wyll: — Wer och dat dy deken vnd dat Capitel van Stendal dyt vorbenumede gud tu Byzewede, oft des eine noth dede, vor laten wolden hebben vor vnser heren den Marchgreuen van Brandenburg, wan Si dat hebben wyllen vnd eyschen, do scole wy vnd vnse rechte eruen dat vplaten vnd vorlaten vor deme markghreue an alderleyghe wedersprake vnd hyndernisse. — gescreuen vnd gegeuen — in deme dorpe tu Cloden, Na godes bort dusent Jar dryhundert Jar In deme achten vnd festighesten Jare, des negesten dynsendages vor des hylghen lyghams daghe.

CLXXX. Paul von Buditz verkauft an Thydeke Schartow, Hebungen aus Schadsfede, am 19. Mai 1369.

Ik pawel, van budisse gheheyten, — vorkope vnd hebbe vorkoft redelek vnder enen rechten kop Tydeke schartow, enen borgher tho stendal, vnde synen rechten erue In deme dorpe thu schafstede also myn vader wy dat gheeruet het eynen haluen wyspel roghen Alle jar thu gheuendo In dy stat thu stendal, sunder allerleye wedersprake. Thughe des kopes, dy hyr ouer weren, Coppe storbeke, Tydeke wulfeke, Otto schartow vnde mer ander ghude lude. Dat ik pawel van budisse vorsproken vorbenomeden kop stede vnde ghans war thu wesende, So hebbe ik myn Inghefegheln an dessen bryf thu thughe ghehanghen. Datum Anno domini M^o. CCC^o. LXIX, In vigilia pentecostes.

CLXXXI. Markgraf Otto vereignet dem Domstifte Hebungen aus Schönfeld zur Gedächtnißfeier des Dechanten Johann von Garthow, am 19. Juli 1370.

Nonerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, — ob Magnificorum principum Ludewici senioris, Ludewici Romani fratrum nostrorum, quondam Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, pie recordacionis, nostre, heredum ac successorum nostrorum animarum salutare remedium, honorabili viro, domino Johanni de Gharthow, decano ecclesie beati nicolai in Stendal, Cappellano nostro dilecto, appropriauimus, dedimus et donauimus et per presentes appropriamus ac solempni donacione donamus in villa Schonenuelde Triginta modios siliginis, singulis annis de curia et mansis, quos nunc colit Gerke kutze et inhabitat, dandos, ad faciendam sibi memoriam de dictis triginta modiis siliginis in ecclesia sancti nicolai predicta et ordinandum per omnia, secundum libitum sue voluntatis, cum omnibus iuribus, graciis, honoribus, consuetudinibus, commodis ac libertatibus vniuersis, sicut famulus famulus Henricus de Roschow, fidelis noster dilectus, dictos triginta modios in predicta curia Gerkini Kutze in villa Schonenuelde a nobis in pheodo tenuit, in antea ad dictam memoriam iusto proprietatis titulo in ecclesia

beati nicolai predicta absque impedimento quolibet perpetuis temporibus pertinendos, Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri etc., volentes dictos triginta modios siliginis prefate memorie adeo liberos pertinere, quod vsus secularis in eisdem nullum sibi locum debeat vindicare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Presentibus Strennuis viris Gerharde de Wederden milite, Heinrico de Schulenborch, viuanz de wedel et nicolao de Bismarke, curie nostre Magistro, ac Johanne de Schepelitz prothonotario nostro dilecto ac Canonico in Stendal cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Stendal Anno domini M^o. CCC^o. septuagesimo, feria sexta ante Marie Magdalene diem gloriose.

CLXXXII. Markgraf Otto entsagt allen Rechten auf eine Hufe Landes in Groß-Schwarzlosen, am 12. März 1371.

— Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, — ob magnificorum principum predecessorum nostrorum pie recordacionis, nostri, heredum atque successorum nostrorum, Marchionum Brandenburgensium, animarum salutare remedium nec non ad instantem petitionem honorabilis viri, Johannis de schepelitz, nostri prothonotarii dilecti, Canonici ecclesie beati nicolai in steyndal et prepositi in Schufen, Appropriauimus — et per presentes sollempniter donamus Altari beate katherine virginis, sito in ecclesia beati nicolai in steyndal predicta, Redditus annuales infraascriptos: In villa magna Swartcelose vnum chorum siliginis et vnum chorum ordeï de vno manso, quem nunc tenet et possidet heine schoneweder in curia sua et eundem mansum colit ex curia supradicta, Cum redditus dicti Altaris sunt adeo exiles, quod vicarius dicte vycarie nequaquam ad sustentacionem sui corporis sufficere valeat quouismodo, cum omnibus iuribus, graciis, commodis, honoribus, fructibus, vsufructibus, libertatibus, Consuetudinibus, cum supremo et infimo iudicio in campis et limitibus dicti mansi ac pertinenciis singulis et vniuersis, prout fidedignus famulus fritzo de buft hactenus a nobis dictum Mansum in pheodum tenuit, habuit asque possedit, a quo prefatus Johannes de schepelitz parata sua pecunia emit et comparauit, et etiam sicud ab olim Siffridus et albertus fratres de huk, bone memorie, quondam a nobis in pheodo tenuerunt et possiderunt mansum supradictum, In antea iusto proprietatis tytulo quiete et pacifice perpetuis temporibus absque impedimento quolibet pertinendos et pertinendum, Ita tamen quod vycarius prefate vicarie beate katherine, qui pro tempore fuerit, singulis annis in anniuersario prenominati Johannis de schepelitz, dabit dominis Canonicis in steyndal mediam marcam argenti, et vycariis ecclesie beati nicolai ibidem dimidium fertonem argenti, aut denarios secundum communem cursum terre pro argento supradicto, sic quod inter presentes in choro in vigiliis et missa pro defunctis dictum argentum aut denarii secundum consuetudinem ipsorum canonicorum et vycariorum distribuatur seu distribuantur. Et si aliquis predictorum dominorum in vigiliis prefens non fuerit, sua porcione media carebit; Si autem in missa defuerit, pari modo tota sua porcione carebit. Ita cum omnibus premissis tam canonicis quam vicariis inuolabiliter debet obseruari. Preterea si nullus canonicorum vigiliis aut missis interfuerit, quod absit, Extunc distributor de dicta dimidia macra vnum fertonem pro se retinebit et secundum dabit vicariis: et vicarius predictus, qui pro tempore fuerit, sit distributor ad premissa et in missis cottidianis, per dictum vicarium ad altare beate katherine supradictum per ipsum celebrandis, in canone suo habeat memoriam Johannis de schepelitz predicti et frederici de schepelitz, militis, patris eius ac Mechthildis eius matris nec non Johannis de

schepelitz, sui patris, quondam decani in Steyndal, ac ipsorum progenitorum, Renunciantes pro nobis et successoribus nostris omni juri etc. Presentibus Reverendis in cristo patribus ac dominis Theoderico Brandenburgensis ac Theoderico Havelbergensis ecclesiarum episcopis ac Nobili Alberto Comite de Lyndowe, Avunculo nostro, et validis Johanne de rochow, Geuehardo de Aluensfleue militibus, Geuehardo de aluensfleue, hinrico de schulenburg, Wernhero de Berthinsfleue ac Nicolao de bysmarke, Curie nostre magistro, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Castro nostro Tanghermundis, Anno domini millesimo Tricentesimo Septuagesimo primo, feria quarta ante dominicam, qua cantatur Letare iherusalem.

CLXXXIII. Markgraf Otto befehlt dem Johann Borstel, Jacob von Schinne in eine dem St. Nicolaisifte zugeeignete Getreidehebung in Schwarzlosen einzuweisen, am 12. März 1371.

Wie Otte, von godes gnaden Marggrave thu Brandenburg, Entbieten Jane borsttal, vnser lieuen getruwen vnser gnade tho forne. Jan, wie heiten vnd gebieden die ernstliken, vnd willen ok mit nichte entberen bie vnser hulden, du schalt hern Jacobe van schinne jn wisen in die twe wispel hardes kornes, die dar ligen in deme dorpe tu Swartelose in Heynen schonenwerders houe, die vormals gehat hadde Ziuhard (sic) vnd Albrecht von buk vnd vritze van butte vorkouft het hern Johansen von Schepelitz, vnsem ouersten schriuer, vnd die wie vorbat geeigent vnd gelecht hebben thu sente Katherinen Altar, dat dar liet in der kerken tho Sente Nicolaws in der stad thu Steindal vnd late des mit nichte bie vnser gnaden. Gegheuen to Tangermunde, na godes bord dritteynhundert Jar darnach in dem eynen vnd souentigsten Jare, an der Middeweeken vor dem fontage, den man nennet Letare ierusalem, vnder vnsem Ingesigel an dessen brief gehalten.

CLXXXIV. Der Dechant des Domstifts verleiht an Barthold Hoyer das Pfarramt zu Schinne, am 16. Apr. 1371.

Johannes de Gartowe decanus Ecclesie beati Nicolai in Stendal, viro discreto domino Jacobo de Schinne, perpetuo vicario Ecclesie beati Nicolai in Stendal predicta, sinceram in domino caritatem . . . Quia honorabilis vir dominus Nicolaus de buk scolasticus ecclesie jam dicte nobis per suas patentes litteras discretum virum Bartoldum Hoyeri clericum ad ecclesiam parrochiam in villa Schinne ex resignatione Alberti de butz liberam et ejus dimissione ultimi plebani ibidem presentavit, Cujus collacio sive presentacio ad ipsum scolasticum ratione sue prelature plene dinoscitur pertinere; Quare vobis in virtute sancte obediencie districte mandamus, Quatinus prenommatum Bartoldum hoyeri, cum ad vos venerit, in possessionem corporalem vel quasi ejusdem Ecclesie investientes, quem et nos investimus ac investimus per presentes curamque animarum sibi commisimus Ecclesie ejusdem ac committimus in hiis scriptis, facientes sibi auctoritate nostra a parrochianis tamquam ipsorum vero plebano debitam reverenciam et honorem exhiberi et de fructibus, redditibus et proventibus ejusdem Ecclesie ab iis quorum interest plenarie responderi; Contradictores et rebelles contra premissa per cen-

suram ecclesiasticam firmiter compescendo. Datum anno domini M^o. CCC^o. LXX. primo, quarta feria proxima post Quasi modo geniti.

CLXXXV. Ritter Arnd von Lüderitz verläßt dem Markgrafen eine Getreidehebung, am 29. März 1373.

Ich her Arnd van luderitze, eyn riddere, bekenne, dat ik dorch got vnde dorch voltze Noppowes bede wille hebbe vp ghesant vnde vpfende in deseme jegenwardighen bryeue myneme lyuen genedighen herren Marcgreuen Otten tu Brandeborch ses scepel roegen vnde vesteyn scepel weytes vnde eynen scepel erwyten vnde eyn vyrdenat by deme vnderfeyde, deste myn herrn vorbenumet dat eyghene, dar dat voltze Noppow wil geeyghenet hebben, vnde ik vnde myne eruen en willen hir nummermer an sprake an dun, dat het voltze vorbenumet mid mynen willen so gemaket, dat betughe ik med myneme Ingefeghele, dat dar gehangen is an dessem iegenwardighen bryeue. Gegheuen nach godes bort duzent Jare dryhuudert Jare In deme dry vnde seuentichsten Jare, des dingesdaghes na miduasten.

CLXXXVI. Markgraf Otto von Brandenburg vereignet an Betkin Woldeke mehrere Orte, mit der Freiheit, dieselben an geistliche Stifte zu veräußern, um Oßern (17. April) 1373.

Wir otto, von godes gnaden Margraue zu brandenburg, — bekennen — das wir vnsem liben getruuen betkin woldekin, burger zu stendal, vnd sinen rechten erben haben — verkost vnd gelatzen vnze bede zu polkowe ober drivndritzig hoven, vber illiche hobe wir seillinghe brand. phenninghe vnde twe scephel kornes, vnd dar zu den eyghen dar vber, vor virvnduirich mark brandenburg. sulbers: vnd vor achtevndtwintich scok groschen, die vns betke an redeme ghelde gegheuen vnd betalet hetz. Furbas habe wi betken vnd sinen rechten erben geeeygenet vnd eyghen eme eynen Hof mit twen hoben in deme dorphe zu ghore, dar nu heyne bitekow wonastich vf is, dar abe gan vif wispel kornes eynen wispel weytes two wispel gerste vnd two wispel rochen vnd dar zu mitten hogesten vnd nidersten richte vber den selben Hof. Furbas habe wi betkin woldekin geeeygenet zu eime rechten eyghendume vif stüche geldes imme dorphe zu grotzen swechten in engel kolkes hobe two wispel gersten vnd eyne wispel rochen, In claus Smedes hobe enen wispel vnd vber di kosten two scogh hunere dar selbes. Furbas habe wi betkin vnd Sinen rechten erben geeeygenet vnd zu eyme rechten eyghendume gegheben vnd gelatzen das dorpheken zu clinkow mitzen hogesten vnd nidersten richte in welden vnd in marke vnd mit aller rentze vnd mit aller zubehorunghe, also wir das wor selben gehatz haben. Furbas habe wi betkin vnd sinen rechten erben geeeygenet zu eyme rechten eyghendume das dorpheken zu vinzekow mit zeuen stuche geldes vnd mitte hogesten vnd nidersten richte in welde vnd in marken vber das gantze dorpf, In aller matze also Frederich Slegel vor van vnsem genaden besetzen hatz. Desse vor bescreuen rente vnde ghut hebbe wi betkin woldekin vnde sinen rechten erben geeeygenet zu eyme rechten eyghendume von vns vnd vnserm (sic) zu bezittende vrie vnd Fredeliken Sunder hinder, In aller matze, das betke woldeke ader sine rechten erben moghen

dit vorbesereben glut vnd eyghen vorgeuen, vorkopen zu kerghen, zu klosteren, zu altarien, zu spettalen, wor zi wille vnde ok seal dit gut wesen scotes vrie, kubede (sic) vrie vnd aller vnrechten pleghen vrie. Mit vrkunde des briues vorsigelt mit vnsem anhangheden Ingefigel. Dar vber zint geweset Vnser liber fetter frederich hertzog-In beyeren, vnd der erwertige vaitir in god, her tiderich bisscop zu brandenburg, die vesten lute Haffe van wedelen, grif van griffenberghe, riddere, henrich van der seulenborch, Clauus ror vnd ander erbar lüte genugh. Gegeben zu tangermunde, Nach gotes gebort tufent jare driehundert jare Dar nach in deme dri-vndezebentzigsten Jare, des Nauendes (sic) nach deme heylighen osterthaghe.

CLXXXVII. Markgraf Otto vereignet dem Domstifte eine Getreidehebung aus Cöhre, am 25. April 1373.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, — ob Nostre — progenitorum ac successorum nostrorum Marchionum Brandenburgensium animarum salutare remedium, Necnon ad instantem requisitionem Strenui viri Volczonis Noppow, nostri fidelis dilecti, Appropriauimus et donauimus, appropriamus presentibus sollempniter et donamus honorabilibus viris . . . preposito . . . decano et Toti capitulo collegiate Ecclesie Sancti Nicolai in Steyndal presentibus et futuris deuotis nostris et dilectis Sex modios filiginis, Quindecim modios tritici, vnum modium cum vno quartali pisorum in villa gor in et super curia Claws Otten annuorum reddituum, cum omnibus iuribus, honoribus, commodis, vtilitatibus, graciis, libertatibus, consuetudinibus et pertinenciis vniuersis, quibus Volczo Noppow prefatus hucusque a nobis in pheodum tenuit et possedit, In antea a nobis ad vsum et vtilitatem Canonicorum et Collegii predictorum iuste proprietatis tytulo ad habendum, tenendum, vti fruendum quiete et pacifice et absque quorumlibet impedimento perpetuis temporibus possidendum, Renunciantes pro nobis et heredibus ac successoribus nostris omni Juri, actioni seu Inpeticioni, quod uel que nobis in prenotatis bonis hactenus competeat, competit uel competere poterit quomodolibet in futurum. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Testantibus strenuis Ottone grifen camere nostre magistro, Thezeris frowenhouer, Militibus, hinrico de Schulenburg, Ottone Morner cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tangermundis, Anno domini Millesimo Tricesimo Septuagesimo Tercio, die beati Marci ewangeliste.

Das Original ist durch Feuchtigkeit zum Theil unlesbar geworden.

CLXXXVIII. Das Domcapitel widmet der Capelle St. Johannis mehrere Hebungen aus den Dörfern Schernekow, Großschwechten, Schadsiedt, Groß-Schwarzlosen, Burgstal und Buchholz, am 30. Nov. 1375.

— Nos Johannes de Garthow decanus Totumque capitulum Ecclesie Sancti Nicolai in Stendal, quinque talenta denariorum Brandenburgensium cum quatuor solidis in villis et curiis infra-scriptis ad Capellam sancti Johannis Ewangeliste, in nostra Ecclesia prefata situatam, duobus solidis denariorum brandenburgensium predictorum septimanalibus, quos videlicet plebanus ecclesie nostre memorate

Hauptst. I. Bd. V.

vicario ad dictam capellam Beneficiato pro tempore existenti de nostro offertorio prompeiori hucusque dedit et dare septimanatim consuevit, quousque dicte capelle et eius vicario de bonis aliis certis pro duobus solidis antedictis nos contingeret providere, dedimus, legauimus et assignauimus, prout etiam accedente ad hoc consensu et voluntate discreti viri domini Hinrici Stenuelde, qui nunc vicarius dicte capelle Beneficiatus existit, cum omni proprietate damus, legamus perpetuo et assignamus per presentes: In villa Schernekou videlicet vnum talentum dictorum denariorum, de quo decem solidos in Curia, quam nunc inhabitat Johannes morynge, et Reliquos decem solidos in Curia, quam nunc inhabitat martinus, dictus vicarius temporibus infra scriptis subleuauit: In Magna Swechten vnum talentum in Curia, quam nunc inhabitat heyne Bysendal quindecim solidos et in Curia Heyne Calene quinque solidos: In Scattfede in Curia, quam nunc inhabitat heyne vulfke, viginti denarios et octo modios filiginis, qui octo modii pro octo solidis computantur, in curia, quam nunc inhabitat Henneke weuer, decem denarios, In curia, quam nunc inhabitat Coppe Eichfleue, viginti denarios, In curia Johannis Nyendorp quatuor solidos, In Curia Wylkini decem et octo denarios, In curia Gherekini andree duos solidos, In curia Henneken de Cloden decem denarios: In Borsthal in curia, quam nunc tenet prefectus ibidem, quatuor solidos: In villa maiori Swarcelose in Curia Arnoldi Wendelen quatuor solidos, In curia Lemmens duos solidos, In Curia Heyne Vynselberge duos solidos, In Curia Conradi Ghyfen duos solidos, In Curia Nicolai Ghyfen duos solidos, In Curia Johannis Zypelynge duos solidos, In Curia Conradi Colwytz duos solidos: Item vnum pratum, quod dicitur dy Schenkenwyfch, situm apud districtum ville Seonenwolde, quod nunc villani in Bucholt tenent pro pensione annua, et soluit viginti quatuor solidos denariorum predictorum, vnde decreuimus et annuimus, quod dictus vicarius, qui pro tempore fuerit, de huiusmodi prato disponendi et locandi liberam habeat et exercere suam valeat voluntatem, dummodo dicti villani dictum censum temporibus congruis et deputatis soluere neglexerint aut alias dictum pratum tenere, consueto modo colere et debite preesse non curauerint. Insuper Recognoscimus, prout supra, census et pensio omnium predictorum in festo beati Martini annuatim persolui consuevit et debeat perpetue vicario antedicto, Exceptis viginti quatuor solidis de prato memorato, qui in festo beati Walburgis persolui debeant annuatim. Declaramus quoque talentum in villa Schattfede prefata, ut prefertur, in festo beati Martini persoluendum pro censu seu pensione penali habeatur, prout in litteris et priuilegiis nostris hec et alia lucidius continentur. Datum et actum in loco capitulari nostre Ecclesie, Presentibus nobis Johanne de Garthou decano, Johanne de Scepelitz, Johanne de Roxtz, Gherhardo de Redycftorp, Johanne de Curia, Canonicis, Johanne de fleffou, Johanne Gobel, Gherhardo Bucholt, sanctorum Nicolai, Jacobi et Petri Ecclesiarum Rectoribus. Anno domini Millesimo Trecentesimo LXXV^o. feria sexta proxima ante diem beati Nicolai, in Capitulo nostro generali.

CLXXXIX. Der päpßliche Nuntius Bischof Nicolaus suspendirt die gegen Nicolaus von Bismark verhängte Excommunicationsfentenz, am 8. März 1376.

Nicolaus, dei gratia Mayeriensis Episcopus, Apostolice sedis Nuncius, Commissarius et Executor ad infra scripta ab eadem sede specialiter deputatus, honorabili viro domino decano in Steyntal, halberstadenfis dyocesis, ceterisque personis ecclesiasticis, quibus presentes exhibite fuerint. — Sententias excommunicationis et processus omnes et singulos per nos latas in personam Nicolai dicti Bismarck layci predicte dyocesis, infra hinc et dominicam iubilate proximam, ob spem amica-

bilis compositionis tollimus et relaxamus et eundem a predictis sentenciis in hiis scriptis absoluius ita tamen, quod si amicabile compositio ante dictum terminum non interuenerit, eisdem sentenciis sit ligatus, ut prius, Mandantes uobis in uirtute sancte obedientie, quatenus dictum Nicolaum sicut premittitur absolutum publice nuntietis coram plebe. Reddite litteram sigillis uestris sigillatam. Datum anno Domini M^o CCC^o LXXVI. VIII die mensis Marcii, meo sub sigillo presentibus appenso.

CXC. Burchard, Dechant zu Magdeburg, bestätigt die gegen den Dechanten zu Stendal, als Pfarrer zu Hildagesburg wegen schuldiger Abgaben ausgesprochene Excommunicationsfentenz, am 19. Juni 1376.

Borchardus, dei gratia decanus ecclesie Magdeburgensis, Collector et commissarius a reuerendissimo in cristo patre ac domino domino Petro eiusdem sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopo, ad infra scripta a sede apostolica principali collectore deputato, Citra reuocationem aliorum subcollectorum per ipsum in hac parte deputatorum Subdeputatus, honorabilibus et discretis uiris uniuersis et singulis dominis prepositis, decanis, Scolasticis, archidiaconis, thesaurariis, Cantoribus, Canonicis, officialibus, archipresbiteris et rectoribus, vicerectoribus, perpetuis vicariis Cathedralium et Collegiarum ac parrochialium ecclesiarum et presertim Magdeburg, halberstad, Wolmerstede, Tanghermundis, Stendal, gardeleghe, Osterborch, Sehufen, hanelberg et in Sandow ceterisque prelati, presbiteris, clericis et notariis publicis. — Johannes de Martpurch thesaurarius et petrus de Mordrez, Canonici ecclesie Magdeburg. — ac nouissime Jo. de gulen officialis Curie magd. ad hoc per prefatum dominum Archiepiscopum etiam deputati nonnullos parrochialium ecclesiarum et capellarum rectores Magdeburg, dioecesis et specialiter Johannem de gartow, rectorem ecclesie siue Cappelle in hildyngesborch eiusdem dioecesis, Eciam se pretendente decanum ecclesie Sancti nicolai in Stendal halberstad. dioecesis pro recordatione et pertinaci recusatione solutionis decime fructuum et prouentuum dicte sue ecclesie siue capelle In hildyngesborch per dictam sedem apostolicam nouissime indite, suspenderunt — et interdictum Sollemniter et publice denunciauerunt — et denuntiari fecerunt — quas quidem suspensionum, aggrauacionum, denunciauionum et interdicti sententias Idem sustinuerunt et precise Johannes decanus et rector ecclesie siue capelle in hildyngesborch predictus pluribus retroactis temporibus dampnabiliter sustinuit. Dat. anno domini M. CCC LXXVI. — die decima nona mensis Junii. —

CXCI. Burchard, Dechant zu Magdeburg nimmt obige Excommunicationsfentenz zurück, am 30. Novbr. 1376.

Borchardus, dei gracia decanus Magdeburgensis, Collector et commissarius a reuerendissimo in cristo patre ac domino domino Petro eiusdem sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopo ad infra scripta a sede apostolica principali collectore deputato citra reuocationem aliorum subcollectorum per ipsum in hac parte deputatorum subdeputatus, Honorabilibus et discretis uiris uniuersis et

singulis dominis prepositis, decanis, scolasticis, Archidiaconis etc. per Magdeburgensem, Halberstadenfem, Verdenfem, Havelbergensem et Brandenburgensem Ciuitatem et diocesim ac alibi vbilibet constitutis etc. Litteras et processus excommunicacionum, aggrauacionum, denunciacionum et interdicti sentencias continentes, alias per nos dicta apostolica auctoritate in et contra Johannem de Garthow rectorem ecclesie sue capelle in hildingesborgh Magd. dioecesis et decanum ecclesie Stendaliensis halberst. dioc., pro retardacione, ut credebamus, solucionis decime fructuum et prouentuum dicte sue ecclesie sue capelle in hildingesborg per dictam sedem apostolicam nouissime indiete, latas, factas et emissas, de quibus litteris et processibus excommunicacionum, aggrauacionum, denunciacionum et interdicti sentencias continentes prenarratas per prefatum Jo. decanum et rectorem capelle in hildingesborgh fuit ad sedem apostolicam appellatum. Nunc vero plenissime et realiter informati prefatum dominum Jo. decanum et rectorem capelle in hildingesborgh predictae de solucione predicta decime fructuum et prouentuum eiusdem sue capelle fatiffecisse — Vnde eadem auctoritate in hiis scriptis — tollimus et relaxamus prefatos litteras et processus excommunicacionum, aggrauacionum etc. Actum Magdeborgh in Curia nostre habitacionis, Anno domini M^o. CCC^o LXXVI^o, vltima die mensis nouembris, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum.

CXCII. Thideke und Coneke von Wultitz verkaufen an Thideke Schartow Besitzungen zu Wultsch, am 24. Februar 1377.

Wy Thideke und Coneke van Wultitze, Brodere, Conekens sone van Wultitze, knapen, Bekennen — Dat wy mit wolbedachtem mude, mit Rade — und met vulborde unfer rechten erven und unfer vrunde redeliken — und rechtleken hebben vorkoft und hebben upghelaten vor vnfen heren den Marggreven deme bescheydene manne, Thideken schartowen borgher to Steyndal — und synen rechten erven sodane gud, jarlike Pleghe und Renthe, de dar lecht in deme dorpe to Hogen wultitze, alse hir na bescreven steyt. In Coppen berchten hove dat drudden deyl der beden alse dry schillinghe — und eyn scharf brandemburgischer penninghe to sunte Walburghen daghe und also vole brandemburghischer penninghe to sunte Mychils daghe — und dat drudden deyl — van twey scepelen rogghen — und dat drudden deyl van twey scepelen ghersten und dat drudden deyl van vyr scepelen haveren fredeleken und erfleken to eynem rechten leene to hebbende und to besittende zunder allerleige hindere und arghelyft. Desse vorfereven jarlike pleghe und Renthe schal man alle jarlikes to rechten tyden ut den vorbenomeden hove Thideken schartowen und zinen rechten erven med guden korne und med ghuden penninghen bereyden und betalen in der stad to Steyndal, zunder allerleige hindere und ane vortogh: und wy und unse erven fullen und willen Thideken schartowen und zinen rechten erven desse vorfereven ghudes rechte ghewere zin und wesen, nü und to allen tyden vor alle ansprake. Hyr vor heft uns Thideke schartow ghegheven und betalet an redeme fulver ses mark brandemburgischen fulvers, wichte und ghewere, de altomale in unse nüd und in unfer erven vromen ghekeret zint. — Hir over hebben ghewesit to eyner merer Bekantnisse de wyfen manne Enghel ghunter, Coppe storbeke, Voltze noppow, Thideke Wultitze — und Hans schartow, borghere to Steyndal, und vole mer ghuder lude, de wol tughens werdich zint. Ghegheven — na Ghoddes Bort dusent jare dryhundert jare in dem foven und Soventigheften jare, in sunte Mathijas daghe des hilgen apostels.

CXCH. Markgraf Sigismund bestätigt dem Domstift Stendal die von Bernhard von der Schulenburg für dasselbe erkaufte Hebungen in Bellingen und Miltterde, am 27. Febr. 1379.

In Nomine domini Amen. Nos Sygismundus, dei gratia Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Honorabili viro domino Bernhardo de Schulenborch, Cellerario Ecclesie Halberstadenfis ac Canonico sancti Nycolai in Stendal, Halberstadenfis dyocesis, devoto nostro dilecto, justo venditionis et emptionis tytulo vendidimus et per presentes vendimus Redditus nostros annuales infraascriptos pro Quadraginta Marcis Brandenburgensis argenti et ponderis, nobis per ipsum in integrum realiter perfolutis, que siquidem quadraginta marce ulterius ad manus Nobilis Jesconis de Rozdylawitz, Curie nostre Magistri, in summam ex devolutione honorum sibi per nos recipere deputatam pervenerunt. In villa Bellinge in Curia, quam pronunc Henneke Lemmen inhabitat et colit, quinque modios Tritici et viginti unum modios ordei in pheodo, Item in Curia Coppe slotz ibidem, quam ipse pro nunc colit et inhabitat, unum chorum duri frumenti in pheodo et unum chorum filiginis et ordei in pacto, Item in Curia Henneke segherz similiter ibidem, quam ipse pronunc colit et inhabitat, duos modios pisorum, decem modios Tritici, duodecim modios filiginis, duodecim modios ordei in pheodo, et decem et octo modios filiginis cum decem et octo modis ordei in pacto; Item in villa Milttert, in Curia Johannis wust, quam ipse pronunc colit et inhabitat, quindecim modios filiginis, decem modios ordei, viginti modios avene in pacto singulis annis dictum frumentum temporibus perpetuis perfolvendum, cum omni Jure libertate et utilitate, prout quondam Hennyngus Sterinbeke famulus pie memorie a nobis et predecessoribus nostris Marchionibus Brandenburgensibus in pheodo habuit, tenuit atque possedit, et que sic ex morte ipsius pronunc legitime ad nos sunt devoluta, dicta bona cum pheodo ob honorem et Reverentiam omnipotentis dei Gloriose sue genitricis virginis Marie et omnium sanctorum, Neonon Magnificorum principum predecesorum nostrorum Marchionum Brandeburgensium animarum salutare Remedium, Et ad devotam infantiam et petitionem dicti domini Bernhardi de Schulenborch appropriavimus et per presentes sollempniter — donamus devotis nostris dilectis .. Preposito .. Decano, Capitulo Ecclesie Collegiate sancti Nycolai in Stendal Canonicis presentibus et futuris dicta bona cum pheodo, cum omnibus Juribus, Gratiis etc., Ita tamen quod prenomminatus dominus Bernhardus de Schulenborch post mortem suam cum dictis bonis valeat sibi aut ejus Testamentarii ipsius nomine facere perpetuam memoriam in Ecclesia sancti Nycolai predicta secundum ordinationem et dispositionem ipsius, prout melius sibi vel ipsis videbitur expedire. — Testes hujusmodi venditionis, Emptionis et Donationis sunt Nobiles Johannes de Kothebusch Capitaneus noster per Marchiam, Ernicus Schenke, Johannes de Wardenberge, Wilhelmus de Cünstad et alii plures fide digni. Actum et datum Stendal Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo nono, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur in Ecclesia dei Invo-cavit me etc.

CXCIV. Das Domcapitel bestätigt das Testament des vorigen Dechanten Johann von Garthow, am 17. August 1380.

In Nomine domini Amen. Nos Hennyngus Ghergel decanus Totumque capitulum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal, ordinationem suae Testamentariam dispositionem quandam honorabilis

viri domini Johannis de Garthow decani, domini nostri, pie memorie, volumus et debemus per nos et nostros successores in perpetuum in anniverfario suo, quod est quarto kalendas februarii, in omnibus et singulis articulis, prout honorabiles viri et domini Bernardus de Sculenburg, Johannes de Scepelitz, canonici sancti Nicolai predicti, Albertus Mersen, vicarius, sui Testamentarii, ipsius domini Decani voluntatem et ordinationem intimarunt, prout eciam Idem dominus noster decanus dum vixit ordinavit, perpetuis temporibus sic obseruari. Tenor vero dicti Testamenti per omnia sequitur in hec verba. Primo pro se et pro salute anime domini Hinrici Wefandi de Cruzemarke, cuius eciam memoria quarto kal. februarii vna cum memoria ipsius domini decani peragetur, assignavit et dedit pratum, quod est locatum Juxta villam Magna Swechten in proprietate dominorum Canonicorum sancti Nicolai predicti, in limitibus ville Nyendorp dominis Canonicis sancti Nicolai antedicti, sub hac forma: huiusmodi pratum singulis annis solvit quinque fertones argenti in pensione et de illis quinque fertonibus plebanus s. Jacobi debet habere vnum fertonem in hunc modum distribuendum: Ipse plebanus habebit vnum solidum denariorum pro duplici porcione, quilibet vicarius ibidem aut eius officians sex denarios, vitricus Ecclesie habebit vnum solidum pro lumine ponendo in vigiliis et missarum sollempniis in anniverfario domini Wefandi predicti super eius sepulcrum. Terminarius sex denarios, Campanarius sex denarios, scolaris eius tres denarios et quod superest de dicto fertone plebanus predictus cum dictis vicariis aut eorum officiantibus equaliter diuidet, duplici porcione sibi referuata, donec numerus vicariorum fuerit auumentatus et tunc seruabitur ut prius. Preterea domini Canonici predicti habebunt tercium dimidium fertonem argenti de pensione ipsius prati, singulis annis in memoria dominorum predictorum diuidendum inter presentes in vigiliis et Missarum sollempnitatibus. Vicarii vero cum focis et conducticiis in Camera dominorum vnum fertonem argenti, equaliter inter presentes in vigiliis et Missarum sollempnitatibus diuidendo. Melioratio, si que existat in pensione predicti prati vltra quinque fertones prenotatos, apud dominos Canonicos remanebit. Preterea pro sollempniori memoria predictorum peragenda domini Canonici predicti presentes et in vigiliis et in Missarum sollempnitatibus existentes, singulis annis in dicta memoria debent habere de Curia in villa Cruzemarke, quam nunc heneke kuno inhabitat et colit et que eciam est appropriata dictis dominis Canonicis, primo viginti modios tritici et vnum chorum ordeii cum viginti duobus modis auene et decanus, qui pro tempore fuerit, debet habere duos modios pisorum de eadem Curia et decima minuta, Socii vero cum conducticiis medium chorum filiginis distribuendo equaliter prout supra: Cellerarius vero dominorum debet habere pro extorsione predictorum pro suo labore duos modios auene et duos modios filiginis et duos solidos denariorum Brandenburgensium Curia de eadem: Thezaurarius Ecclesie debet habere tres solidos denariorum nunc currentis monete pro lumine sollempni ponendo super sepulcrum domini decani in Memoria ipsius in vigiliis et missarum sollempnitatibus: Item duodecim Chorales quilibet debet habere quatuor denarios, Campanarius vnum solidum similiter monete nunc currentis de pensione et pecunia prati supradicti: Item duodecim solidi dicte monete ad elemosinam pauperum debent dari curia de eadem, exceptis tribus denariis de dictis duodecim solidis, quos scolaris Campanarii Sancti Nicolai habebit. Et si moneta nunc currens mutata fuerit, extunc secundum estimacionem dominorum predictorum distribucio fiat. In Cuius rei Testimonium Presentem ordinationem Sigilli nostri Capituli appensione duximus roborandam. Actum et datum Anno domini Millesimo Tricentesimo octuagesimo, feria Sexta proxima ante festum beati Bartholomei apostoli, in Capitulo nostro generali, Presentibus honorabilibus viris et dominis Johanne de Scepelitz Seniore, Johanne de Roxtze, Thiderio de vrbe, Gherardo de Redychstorp, Johanne de Curia Scholastico et Borchardo Swederi, Canonicis protunc Capitulum facientibus et hiis omnibus auctoritatem prestantibus.

CXCV. Markgraf Sigismund vereint mit der Propstei zu Stendal die Pfarre zu Gardelegen zum Erbsatz für die davon getrennte Pfarre zu Tangermunde, am 21. October 1381.

Sigismundus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, uecnon Sacri Romani Imperii Archicamerarius, — Sane quia Serenissimus Princeps, Karolus quartus Romanorum Imperator et Bohemie Rex, Genitor noster charissimus, dum primum Marchiam Brandenburgensem sue subdidisset ditioni, cultum diuinum propragare desiderans, Ecclesiam parochialem in Tangermunde, ab olim prepositura Collegii sancti Nicolai in Stendal exempte, diocesis Halberstadenfis, Ab eadem prepositura Ecclesie sancti Nicolai abstrahens ipsam Ecclesiam Tangermundenfem Collegio Canoniorum Cappelle sancti Johannis Baptiste in Castro Tangermunde site, quod siquidem Collegium sancti Johannis de nouo fundabat, rite et racionabiliter incorporauit, promittens atque cesareo decreto statuens, Ecclesiam Gardelegenfem cum omnibus fructibus, Juribus et prouentibus eiusdem Ecclesie Gardelegenfis memorate prepositura collegii sancti Nicolai in Stendal incorporare, ablate ecclesie Tangermundenfis in restaurum. Et quia predictus Genitor noster diue memorie mortis debito preuentus supra scripti sui conceptum propositum ad finem, vt voluit, non perduxit, Nos igitur patriis ymmo beatis in hac parte vestigijs inherentes, Genitoris nostri propositum non per errorem, sed maturo Consiliariorum nostrorum prehabito consilio diuino inuocato nomine ad finem deducimus sub hac forma, Vt quam primum Ecclesiam parrochiam sancti Nicolai in Gardelege Halberstad. dioc., cuius Jus patronatus ad nos pertinere dinoscitur, vacare contingerit, quod tunc eadem Ecclesia vniri debeat ac debet, quam quidem Ecclesiam prepositura Ecclesie sancti Nicolai in Stendal antedictae perpetuis temporibus affuturis vnimus per presentes, Ita videlicet, quod illa duo beneficia ab antea distincta tunc vnum sint et esse debeant pari forma, qua ecclesia Tangermundenfis prescripte prepositura Stendalensi ante distractionem vnita fuerat ab antiquo. Nos quoque et ceteri Marchiones Brandenburgenses, heredes et successores nostri, vniam personam ydoneam pro dictis prepositura et Ecclesia Gardelegenfi indiuisse sub tytulo prepositura Ecclesie sancti Nicolai Stendalensis extunc in antea quociens vacauerit decano Ecclesie sancti Nicolai in Stendal, qui pro tempore fuerit, debeamus presentare, Non obstantibus literis nostris generalibus uel specialibus, si quas quibuscunque personis super primis vacantijs per Marchiam in quacunque forma dederimus vel daturi sumus in futurum. Datum in Noua Landisperg, Anno domini M^o. CCC^o octuagesimo primo, vicesima prima die mensis Octobris, nostro Sigillo subappenso, Presentibus venerabilibus viris consiliarijs nostris domino Johanne Episcopo Cznadiensi, Santziwogio Capitaneo Cracouienfi, Johanne Bano, curie nostre magistro, Reynhardo de Strele Capitaneo nostro per marchiam, Lippoldo de Bredow, Johanne de Wulkow, Balthazar de Slywen, Ottone Vockinrode, militibus, ac alijs quam pluribus tam spiritualibus quam secularibus ad premissa Testibus fide dignis.

CXCVI. Johann, Dechant des St. Marienstifts zu Halberstadt bedroht den Vogt der Grafen von Holstein zu Arneburg Thomas von Görne und das ganze Land Arneburg mit dem Bann und Interdict, am 24. April 1383.

Johannes, dei gracia Decanus Ecclesie sancte Marie Halberstadenfis, Judex et Conferuator ad infra scripta a sede apostolica deputatus, Vniuersis et singulis diuinorum Rectoribus per

Ciuitatem et diocesin Halberstadensem, Brandenburgensem, Magdeburgensem, Maguntinensem, Hanelbergensem et alias vbilibet constitutis, qui ad executionem presentium Requisiti fuerint, Salutem in domino et Mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter Obedire. Dudum in causa quadam tunc vertente inter honorabiles viros dominos decanum et Capitulum Ecclesie stendalensis actores ex vna et Johannem de crusemarke armigerum, eiusdem Halb. diocesis, et suos in hac parte complices reos de ac super quadam domo et curia, sitis in villa crusemarke suis quoque pertinentiis, iure ac proprietate, ex altera parte earundem, Sentenciam nostram tulimus diffinitiuam contra dictos Johannem de crusemarke et suos Complices in hac parte, eandem nostram Sentenciam debite, vt debuimus, mandauimus executioni, ipsos reos preuia monicione excommunicauimus et excommunicatos mandauimus per nonnullos Rectores diuinorum publice denunciari, Deinde in modum grauacionis candelis accensis nolisque pulvis publice nunciari ipsos mandauimus, post hec crescente contumacia eorum ipsos a communione fidelium exclusimus participantesque eidem aut alteri eorum, nisi in casibus a iure permissis monicione premissa excommunicationis pena astringimus manifeste: Vnde premissa omnia et singula ita vera et notoria sunt in dictis Ciuitate et diocesi Halberstadenfi, specialiter eciam per bannum Balsamie in Ecclesia Halberstadenfi specialius, tamen specialius et euidentius in Castro et opido Arneborg et per terram et districtum spectabilissime Comitisse holtzacie, vbi dicti condempnati degent, moram trahunt, laren fouent, premissa quoque sunt ita notoria et ita verissima, quod nulla possint tergiversacione celari, nec est locus inficiacioni. Tamen Tomas de Gorne, aduocatus domine Comitisse holtzacie predictae in Castro et territorio arneborg, vt accepimus per dictos actores nostram excommunicacionis sentenciam minime formidans, contra nostram inhibitionem cum dicto Johanne de crusemarke et eius complicibus communicare non desistit, ymo se non solum vnum de complicibus dictorum dampnatorum facere minime veretur, verum eciam contra nostram sentenciam exactionem, depactacionem ab Henneken conow, colono ipsorum dominorum canonicorum extorquere conatur, Ipsumque colonum et fideiussores ad soluendum certas seruiciorum pecunias ipsi Johanni de crusemarke et suis in hac parte complicibus summa diligencia nititur et laborat, quod est penitus contra nostram sentenciam diffinitiuam, in qua super premissis et aliis petitis ipsi Johanni de crusemarke et suis complicibus perpetuum silentium inposuimus. Hec fecit et facit quo minus dicta nostra sentencia et eius executio impleantur in ipsorum dominorum decani et capituli preiudicium non modicum et grauamen, et nostre ymo verius apostolice iurisdictionis illusionem et detrimentum. Quare vobis in virtute sancte obedientie et sub excommunicacionis pena mandamus, quatenus in hiis exequendis vnus alterum non respiciat quomodolibet vel expectet, sed quando pro parte dictorum dominorum decani et capituli requisiti fueritis seu aller vestrum fuerit requisitus, accedatis quo propter hoc fuerit accedendum, et moneatis dictum Tomam aduocatum in Arneborg, quem et nos presentibus moneamus, vt a dictorum Johannis de crusemarke et eius nati ac suorum complicum in hac parte locucioni, Recepcioni, fauore, Consilio, auxilio, coloni perturbacioni, monicioni, depactacioni, exactioni et in captiuitatem reductioni (sic) penitus desistat et in totum et ammodo nullam mencionem, nullam requisitionem vel ad cyppum aut carcerem vel vincula seu captiuitatem habeat seu faciat et de iam perpetratis deo, nobis, ymmo verius sedi apostolice pro huiusmodi contemptu et sepedictis dominis Canonicis seu decano et capitulo pro eorum interesse satisfaciat aut se legitime expurget coram nobis, si poterit, infra quindecim dies a die notificacionis presentium sibi aut in Ecclesia arneborg facte publice de ambone infra missarum sollempnia, quorum quindecim dierum quinque pro primo, quinque pro secundo et reliquos quinque dies pro tercio ac monicione canonica eidem prefigimus et assignamus, Alioquin dictis quindecim diebus elapsis, quando et quociens dictus Tomas de Gorne, alio nomine

Mas van Gorne, aduocatus domine Comitisse holtzacie in arneburg, in parrochiis seu locis parrochiarum vestrarum se receperit, venerit, moram traxerit, domicilium habuerit, Larem fouerit, jurisdictionem exercuerit, in mora et post ipsius recessum per triduum concinne strictissimum seruetis ecclesiasticum interdictum, ita quod Corpora mortuorum ad Ecclesiasticam nullatenus recipiantur sepulturam et omnia sacra preter in jure concessa, sint ibidem interdicta, Intimantes eidem aduocato quodsi a premissis Monicionibus ipsius coloni, depaetionibus et in Cyppum reuocacionibus non destiterit, propter huiusmodi maleficium totum districtum et totam terram pertinentem ad castrum Arneborg strictissimo intendimus supponere interdicto. Datum Halberstad anno domini M^o. CCC^o LXXXIII^o., feria sexta proxima post dominicam Cantate, nostro sub sigillo presentibus appenso.

CXCVII. Der Dechant des Mariensifts in Halberstadt excommunicirt einen Bürger in Stendal, welcher dem St. Nicolaisifte die schuldigen Pächte nicht bezahlt hat, am 29. Oct. 1383.

Johannes, dei gracia decanus Ecclesie beate Marie virginis halberstadensis, Judex et conseruator honorabilium virorum dominorum decani ac capituli Ecclesie sancti nicolai in Stendal — a fede apostolica specialiter deputatus, Vniuersis et singulis Ecclesiarum parochialium, capellarum et altarum rectoribus, presbiteris curatis et non curatis, clericis etc. In diocesi Halberstadensi et per oppidum Stendal Salutem in domino et apostolicis mandatis reuerenter obedire. Auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa vobis et vestrarum cuilibet in virtute sanete obedientie et sub pena suspensionis ab ingressu Ecclesie, trium tamen dierum canonica monicione premissa — precipimus mandantes, quatenus salubriter moneatis circumspectum virum Engelbertum, dictum Coffeke, opidanum in Stendal, quem etiam et nos presentibus sic amonemus, vt infra quindecim dies vestris monicionibus proximos, quorum quindecim dierum quinque pro primo, quinque pro secundo et reliquos quinque dies pro tercio et termino peremptorio ac monicione canonica assignamus, honorabilibus viris dominis decano et capitulo Ecclesie sancti Nicolai in Stendal predictis de eorum pactu seu censu annuo, quem de curia quondam Johannis cloden in villa cloden soluere tenetur, dudum non soluto, retardato et neglecto, satisfaciat et eundem pactum soluat cum effectu vel vltima die dictarum quindecim dierum, si ipsa vltima dies juridica fuerit, alioquin proxima die juridica protunc immediate sequenti coram nobis Halberstad in curia habitacionis nostre compareat, causas racionabiles, si quas habet, quarum ad solucionem dictorum pacti et census neglecti minime teneatur, — allegaturus. Alioquin eundem Engelbertum, quem exnunc, vt extunc excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatum in ecclesiis vestris singulis diebus dominicis et festiuis vestris de ambonibus infra missarum sollempniis publice nunciatis coram plebe, donec aliud a nobis habueritis in mandatis etc. — Datum Halberstad, Anno domini M^o CCC^o LXXXIII, sequenti die proxima post festum Simonis et Jude apostolorum.

In dem Original ist noch ein Zettel mit einem Siegel befestigt, auf welchem folgende Worte: Ego thidericus, viceplebanus ecclesie beate marie virginis in Stendal, presens mandatum dominica die proxima post festum martini, quod protestor meo sub sigillo, fideliter sum executurus.

CXCVIII. Das Capitel in Stendal erkläret sich bereit die Uneinigkeit mit dem Knappen Hans von Crusemark vor den Markgrafen zur Entscheidung zu bringen, am 17. Oct. 1383.

Wy Her Hennygh Deken, Her Johan van Roxe, Her Ghert van Redichstorp, Her Borcherd Sweder vnde her ghyso Schynkel, Domheren to Stendal, bekennen — dat wy syn ghewesen vor vnser heren greuen Hinrike van holsten vnde vor hern lutelde van Krumpstorp, houetmane in der alden marke, vnde hebben ghededinget vmme de Schelinge, de ghewesen is tuschen vns vnde hanse van Crusemark vmme dat gut, dat dar lecht ouer henneke konowes houe in deme dorpe to Crusemarke, dat her wesent van Crusemarke deme (god) gnedich sy, heft ghegheuen vnde eyghenen laten deme goddishuse vnde deme Capitele to Stendal to eyner eyweghen Dechnitzen syner silen vnde syner vrunde der van Crusemarke, Also dat dessen Schelynge schal stan in gude bette to funte mycheles daghe, de neghest to komede is, vortouer eyn jar, Were id, dat vnse here de markgreue bynnen deser tyd to lande queme in de olde marke, so wille wy vor komen met vnser bewysinge vnde rechticheyt met vnser breue vnde willen bidden vnser heren den markgreuen, de (sic) he vns by vnser rechticheyt he holde, de vns vor breuet vnde vor eghent is, des wy ok synt recht gheworden vor des pawes richtir in gheystliker acht. Were ok, dat we de fulue Schelinge vnde Sake andirs kunde berichten met vruntscap eder met willen bynne dessen tyd, dat wille wy gherne vorsöken, wan wy dar to gheeyfchet werden, dar vp so scole wy em schaffen enen lose brif des bannes tuschen hir vnde funte mertens daghe, de neghest to kamende is. Were id ouer, dat desse Schelinge vnde twydracht nicht berichtid worden bynne deser vorbescreuen tyd, So scal hans van Crusemarke weddir vallen in den fuluen ban, dar he nu ynne is. Ok scal men bynnen differ tid, de vorghefreuen is, den pacht vnde de Reynte, de dar rede vorfeten is vnde noch in desir vorfreuen tyd vallen scal, legghen by de goddishuses lude to vnser vrowen in die stad to Stendal to gudir hand, wen de fulue pacht vnde Reynte den met rechte to ghedeylet werd. Alle desse vorfreuen stukke vnde dedinge scolen vnschedelik syn vnde wesen vnseme goddishuse vnde vns an vnseme rechte, dat wy ghewonnen hebben vor des pawes richtir an gheystliker acht vnde ok vnschedelik hanse van Crusemarke an syneme rechte. Dat wi desse dedynge stede vnde vast willen holden, so hebbe wy ghebeden werner van Eymbeken vnde tylen van Roxen, dat sy hebbe ghelouen vnde loue met vns in dessen breue hanse van Crusemarke, vnde syne Borghen to gudir hand hanfes van Crusemarkes, alle desse sacker, de hir vor ghescreuen synt, stede vnde vast to holdende vnde hebben ore yngheseghele met vnser dekens yngheseghel wytliken ghehangen an dessen brif, De ghegheuen is na goddis bord dritteynhundert Jar in dem dre vnde achtigheften jare, des andren daghes na funte gallen daghe.

CXCIX. Der Knappe Gerke Noppow entsagt allen Ansprüchen auf die Hebungen in Göhre, welche der Hofrichter Bolze Noppow dem St. Nikolaistifte gewidmet, am 29. Juni 1385.

Ik Ghereke Noppow, knape, Wonachtich in deme Dorpe to Borstal, — vertyge vnde vorlate vor my vnde mynen rechten Eruen allirleye ansprake, de ik hadde eddir hebben mochte in deme gude to Gore, dat dar lecht in Clawys Otten houe, alse ses Schepel Roggen, vesteyn schepel weyten vnde vif virdenate erweten jarliker reente, de geeghent syn deme Goddishuse to funte Nicp-

lawefe to stendale van Olde boltze noppowes weghyn, de houerichter was myns heren des margreuen in Tangermunde: vnde byn des angewysfet van mynen vrunden, dat ik noch myne Eruen dar neyn recht to hebben gehad. To eyner grothen bekantnizen hebbe ik myn yngheseghel vor my vnde myne Eruen myd gantzer wytschap an dessen brif gehangen, de gegheuen is na Goddis bord drytteynhundert Jar darna in dem vif vnde achtighesten jare, in sunte pauwels daghe des hilghen apostels. Tughe dessir dynk sint her Cord Scheninge, her hinrik moringe perrer to Gore, her arnd Noppow perrer to Moringe, Jan van Borstal, knape, vnde vele mer guder lude.

CC. Tyhdeke von Mollendorf, dessen Sohn und Gemahlin versöhnen sich mit dem St. Nicolaiſtifte zu Stendal, am 13. August 1385.

Wy Tydeke Mollendorp, Mechtild myn Elike huffrowe vnde fritze Mollendorp, yser twyer sone, Bekennen — dat Wy nach anwysinge heren vnde vrunde, wulborden vnde stede holden wyllen vnde scolen myd kraft disses yeghenwardighen breues dy entschichtinge vnde irscheydinge, dy gescheen is van Erbarn heren, hern Bertolde, Domdeken to Meydeborgh, alse he vor recht gesproken heft mid vnde an eyneme ördele vor dem Capitel to Meydeborgh, to den wy mid den Domheren von Stendal vnser rechten an beyden syden vor gebleuen weren vnde synt, Eyndraftlichliken mid gudin willen vmme Schelinge vnde sake, de wy vördirdin weddir de vorbenomeden Domheren vnde dat Capittel to Stendal vnde befundren weddir hern hennyng van Gherchel Deken hern Gherde van Redichforpe vnde ern Borcherde Swedir, Canoneke to Stendal, dy dar weren vnde synt gekoren vnde fattede Sallude vnd Testamentarii hern Johans van Schepelitzes vnser Vrundis, Brodirs vnde veddirs, dem god gnade, also vmme fodane Erue vnde gud, röre vnde vnöre, god vnd kleyne, wes, wat vnde wouelle des sy gewesen, alse he de eghenante her Johan van Schepelitze nach syneme dode gelaten heft vnde vorbenomeden heren vnde Salluden beuolen heft, dat wy noch vnse Erue nicht mer scholen noch en wyllen Saken, Spreken edir vördren tyeghen dy vorbenomede Domheren vnde Capittel to Stendal vnde den eghenanten befundren heren Testamentarien vnde Salluden des vorbenomeden hern Johans Schepelitzes noch mid worden noch mid werken, heymeliken eder opinbar, vmme fodane Erue vnde gud, alze her Johan van Schepelitze gelaten heft: vnde wyllen fruntliken denen raden vnd vördren mid worden vnde mid werken, den vorbenomeden Domheren vnde Capittel to Stendal gemeyne vnde eynen yeweliken befundren, wort wy moghin vnde könen, to allen tyden. Vnde hir vp so schal wesen eyne fruntlike sone vnde berichtighe aller schelinge vnde saken, de wy hebben gehad weddir de vorbenomeden heren vnde Capittel to Stendal vnde alle den, dy dorch sy in den saken gearbeydet hebben vnde begrepen weren. — Ghegheuen vnde besegheld In deme dorpe to hoghengörne, Na Godis bord drytteynhundert jar vnde dar na in deme vief vnd achtügfsten jare, In sunte ypolites daghe des hilghen mertelers vnde Ridderes.

CCI. Das Domcapitel genehmigt die von den Testamentarien des Scholasticus Johann bewirkte Stiftung seiner Memorie, am 4. October 1385.

— Nos hennyngus Ghergel decanus, Johannes Roxtz senior Totumque capitulum sancti Nicolai in Stendal Tenore presentium Recognoscimus publice protestando, quod discreti viri domini Gherardus de Redichstorp, noster concanonicus, et Rudolfus Bake, perpetuus vicarius, Testamentarii honorabilis viri domini, Johannis de Curia, quondam canonici et scolastici Ecclesie supradicte, Necnon executores ipsius Testamenti ad hoc legitime constituti, pium propositum et vltimum velle ipsius domini Johannis ad debitum effectum deducere toto conamine affectantes, iuxta ordinationem testamentariam de bonis per obitum eiusdem domini Johannis derelictis, cum consilio, fauore et consensu nostrorum omnium ac totius nostri Capituli ad perpetuam memoriam prefati domini Johannis, annuatim in Ecclesia nostra sollempniter cum vigiliis et missis, ut moris est perendam, quinque fertones argenti Brandenburgensis annue pensionis comparauerunt, quos quidem quinque fertones Ghereke Jerghov ac sui heredes, ciues in Stendal, de quodam agro prope ciuitatem Stendal sito singulis annis in festo purificationis Marie virginis hereditarie erogabit, prout in priuilegio super hoc confecto plenius continetur. Predictos eciam quinque fertones Rector capelle sancti Thome, qui pro tempore fuerit, colliget et extorquebit ipsosque quinque fertones in memoria anniuersaria dicti domini Johannis annis singulis peragenda distribuet fideliter in hunc modum; dominis canonicis in vigiliis et missis, presentibus duntaxat, mediam marcam cum dimidio fertone, vicariis et sociis in camera similiter presentibus fertonem et dimidium, campanario vnum solidum et cuilibet choralis presenti tres denarios monete currentis. Et quod super est de dictis quinque fertonibus pro suis laboribus collector obtinebit. Nihilominus tamen idem collector porcionem cum vicariis equaliter habebit. Si vero prefatus Collector negligens et remissus in colligendo et extorquendo fuerit et ipsos quinque fertones in dicta memoria presentibus non distribuerit, extunc porcione sua penitus carebit. Vt igitur premissa testamentaria ordinatio perpetue duracionis robur optineat, Nos hennyngus decanus antedictus cum consensu totius Capituli sigilli Capituli nostri antedicti appensione ipsam duximus communire. Actum et datum Stendal, Anno domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo quinto, ipso die beati francisci confessoris.

CCII. Der Dechant entscheidet die Uneinigkeit zweier Vicarien des Domes, am 10. März 1385.

Anno — M^o CCC^o LXXX^o quinto, Indictione VIII, mensis martii die decima, hora completorii uel quasi, In loco Capitulari nostrorum decani et Capituli infracriptorum Coram nobis hennyngho decano et Capitulo ecclesie sancti Nicolai in Stendal, halberstadenensis diocesis, ac In Ludolphi Estorp notarii publici infrascripti et testium infracriptorum presentia, comparuit discretus vir dominus hinricus Altmerslene, perpetuus vicarius Altaris sancti Michabelis in ecclesia predicta, et in causa vertente coram nobis decano et Capitulo predictis inter Ipsum dominum hinricum ex una et dominum Tidericum purkaw, perpetuum vicarium Capelle sancti Stephani in ecclesia sancti Nicolai antedicta, de et super quibusdam certis oneribus parte ex altera, sententiam arbitralem in contumaciam dicti domini Tiderici purkaw non comparentis ferri petiuit. Vnde nos — nostram arbitralem sententiam tulimus in hec verba: In causa arbitramentorum vertente coram nobis hennyngho decano et Capitulo ecclesie sancti nicolai in Stendal halberstadenensis diocesis — pro tribunali sedentes per hanc

nostram arbitralem sententiam pronunciamus — prefatum dominum hinricum Altmersleue ad suam libertatem aduersus contractum in lesionem dicte sue vicarie celebratum in integrum restituendum et reintegrandum fore et eundem dominum hinricum Altmersleue sic restituimus et reintegramus et ipsum dominum hinricum Altmersleue ad dimittendum antedicto domino Tiderico purkaw redditus annales, quos occasione onerum, super quibus hactenus inuicem litigarunt, recepit, teneri et eosdem dimittere debere realiter et effectiue. — Presentibus discretis viris domino Conrado lichtenbergh sancti Petri, Matheo Brunonis sancti Nicolai Ecclesiarum in Stendal vicariis perpetuis, Johanne Buchholt Rectore scholarum sancti nicolai ibidem ac hinrico Erksleue, clericis halberstadtensis diocesis, Testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Ludolphus Estorp clericus verdenfis diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius etc.

CCIII. Propst Gerhard von Havelberg erkennt in einer Streitsache des Domsists wider den Domherrn Emeko von Lemmershausen zu Magdeburg, am 9. October 1386.

Gherardus, prepositus Ecclesie havelbergensis, Judex vnicus cause et partibus infra scriptis a sede apostolica specialiter deputatus, venerabilibus viris dominis Abbatibus, prioribus, decanis, scholasticis, Thezaurariis et Canonicis tam Cathedralium quam collegiatarum Ecclesiarum, parochialium, cappellarum, altarium Rectoribus, presbyteris curatis et non curatis, clericis et Notariis publicis quibuscunque per Maguntinensem, Magdeburgensem, Halberstadtensem, Brandenburgensem, Merseburgensem, Nuwenburgensem et havelbergensem ciuitatem et diocesim ac alias vbilibet constitutis Salutem in domino et mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Quia alias honorabilis vir dominus Emeko de Lemmershausen Canonicus Ecclesie Sancti Nicolai nouifori Magdeburgensis per nos citatus in certum terminum peremptorium ad instantiam honorabilium virorum dominorum decani et Capituli S. Nicolai Stendalensis halb. dioc. non comparuit per se nec per procuratorem legitimum. Qua propter procuratore dominorum decani et capituli S. Nicolai predicti expectante quamdiu debuit necnon contumaciam dicti domini Emekonis debite accusante, prout de jure debuimus, eundem dominum Emekonem reputauimus et reputamus contumacem per presentes, in expensis legitimis ipsum dictis dominis decano et Capitulo nihilominus condemnantes. Mandamus igitur vobis vniversis et singulis et cuilibet vestrum, prout ad executionem presentis nostri mandati ymmo verius apostolici requisiti fueritis sed alter vestrum fuerit requisitus, in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena, quam in vos et vestrum quemlibet ferimus in dei nomine in hiis scriptis, trium tamen dierum canonica monicione premissa, si non feceritis, quod districte precipiendo iniungimus et mandamus, quatenus accedatis, quo ad id fuerit accedendum, et salubriter moneatis predictum dominum Emekonem, quem et nos presentibus sic monemus, vt infra quindecim dies monicionibus vestris proximos et immediatos, coram nobis in havelberge suam canonice et legitime expurget contumaciam ac dominis decano et capitulo antedictis de expensis dampnis et interesse legitime et cum effectu satisfaciatur, Alioquin eundem dominum Emekonem ratione dicte sue contumacie et rebellionis in dei nomine excommunicamus in hiis scriptis, quem et vos ac quilibet vestrum, prout requisiti fueritis aut fuerit requisitus, trina tamen et canonica monicione premissa, excommunicatum in ecclesiis de ambone coram fideli populo publice extunc alta voce nunciatis ab hiis singulis dominicis diebus, non cessantes, donec a nobis absolucionis debite bene-

ficiam meruerit optinere. Reddito litteram sigillatam sigillis vestris pendentibus cum cedulo transfixis diem Execucionis vestre continentes in signum execucionis debite per vos facte. Datum havelberge Anno domini M^o. CCC^o octuagesimo sexto, nona die Mensis Octobris, nostro sub sigillo presentibus appenso, Presentibus honorabilibus viris et dominis Conrado de Sauterfleue priore, Conrado konyn-
gesmarke, canonicis diete Ecclesie havelbergensis, Henrico Syker et frederico de fryen-
ften presbyteris Halb. et Havelb. dioc. Testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Der Zettel lautet:

Ego Ghodfridus apothecarii, canonicus sancti nycolai nouifori Magdeburgensis et procurator
domini Emekonis de Lemmershufen, canonici ibidem, prefens mandatum sum executus sabbato
proximo post festum sancti Martini et in signum execucionis meo sigillo appenso signavi requisitus
Ego Henricus bucholt, rector ecclesie sancti nycolai etc.
Ego Henricus plebanus sancti Jacobi prefens etc.
Ego Johannes rector sancti Blasii neuhufen prefens etc.

CCIV. Markgraf Sigismund vereignet dem Domstifte die Besizungen, welche Henning von
Buft diesem zu verkaufen beabsichtigt, am 17. März 1387.

Wir Sigmund, van gotes gnaden Marcgraue czu Brandenburg, des Heiligen Romi-
schen Reichs Ertzcamerer vnd herre des Konigreiches czu Hungern etc. Bekennen — dacz der Edel
Hennyng van Buft, vnser Hoffgesinde vnd lieber getrewer, vns vorgeleget hat, wy daz er seyenes
gutes eynteyl durch seyenes vaters des Edeln fritzen van Buft seliger gedechnisse schulde wegen
muzze verkaufen vnd hat vns gebethen vleiizzlichen, daz wir Sechzezen stukke geldes dem gotes huze
vnd dem Tumherren czu sente Niclas yn vnser Stat Stendal geruchten vereygen, dye er en willu
hat czu verkaufen; des habn wir mit wöbedachtem mute mit rechter wissen vnd nach Rate vnser lie-
ben getreuw durch feyner bethe willen vnd ouch van lieben, dy wir czu demselben gotes huze tra-
gen, dye vorgenanten Sechzezen stucke geldes, wy vil der egenant Hennyng van Buft durch
seyner not wegn denselben Tomherren vnd dem gotes huze verkaufen wyrdet, mit alln gerechtikeiten,
freiheiten vnd zugehorungen geeeygend vnd vereygen ouch mit craft ditz breues, daz sy dyeselden guter
wy vyl der wyrdet, dye sy von dem obgenanten Hennyng van Buft kanfen werden, ruwelichen be-
sitzen fullen vnd dye czu irem vnd des gotes huzes nutze vnd frome mugen wenden vnd bekeren
vnd derselben ouch genyefen ewiclichen Sunder allerley hyndernüsse. Des zu vrkund haben wir vnser
Insiegel lassen hengen an disen briff, Der geben ist zu Prespurg, nach Crists geburde Dreitzenhundert
Jar darnach yn dem Siben vnd Achtzigstem Jare, an der Middeuasten.

CCV. Das Capitel bekundet, daß der Kapellan Heyse die zu Neu-Miendorf von denen von
Bismark erkaufen Hebungen bezahlt habe und nimmt jenen dafür in die Theilnahme an allen
guten Werken auf, am 23. August 1387.

Nos Henninghus decanus et capitulum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal, publice re-
cognoscimus per presentes, Quia dominus heyse, capelle nostre plebanus in Puwellinge et vicarius

in Ecclesia nostra sancti iacobi opidi Stendal antedicti, pro tribus frustis annuorum reddituum, quos in proprietate ville noue nyendorpp a Stremuis Nicolao milite et Rudolpho armigero, fratribus, dictis de Bismarke, pro viginti octo marcis stendaliensibus comparauimus, huiusmodi viginti octo marcas de sua pecunia pro nobis soluit realiter et in effectum eidem. Ideoque eidem domino heyfoni in recompensam annis singulis, quamdiu vixerit, alterum medium chorum filiginis et alterum medium chorum ordeï de granario nostro in festo sancti Martini nos nostrique successores per nostrum celerarium, qui pro tempore fuerit, volumus et debemus sine omni exceptione erogare. Addicimus eciam, quod post domini heyfoni obitum memoriam eius anniuersariam cum Vigiliis et missa pro defunctis, ut est moris in nostra Ecclesia sollempnes memorias seruare, annis singulis peragere debemus, quem eciam ad fraternitatem nostram suscipimus, participationem omnium honorum operum, que pro uiuis et mortuis dominus Jhesus cristus in Ecclesia nostra fieri dederit, tenore presencium sibi concedentes in vita pariter et in morte. In euident testimonium premissorum sigillum nostri capituli presencibus duximus appendendum. Datum anno domini Millesimo Trecentesimo LXXXVII^o, feria sexta ante festum sancti Bartholomei apostoli, in capitulo nostro generali.

CCVI. Ludolph, Dechant zu St. Blasii in Braunschweig, suspendirt die von seinem Vorgänger gegen die von Kercow und Alvensleben nebst Anderen wegen eines gegen das Domcapitel zu Stendal begangenen Spoliums ergangene Excommunications-Sentenz, am 17. Februar 1389.

Ludolfus, dei gracia decanus ecclesie sancti Blasii in Brunswic, hildensemensis diocesis, Judex et Conseruator honorabilibus uiris dominis decano et capitulo ecclesie sancte nicolai, in Stendale, halberstadenensis diocesis, a sede apostolica specialiter deputatus, vniuersis et singulis diuinorum rectoribus eorumque loca tenentibus, clericis et personis ecclesiasticis quibuscunque per Habirstadentem, Magdeburgensem, Brandeburgensem et Verdensem ciuitatem et diocesin ac alibi vbilibet constitutis, pro executione presencium requisitis, Salutem in domino et mandatis nostris ymmo terius apostolicis firmiter obedire. Dominus Rolandus decanus, noster immediate predecessor, auctoritate apostolica sentencias excommunicationis, aggrauacionis et interdicti ad instantiam honorabilium dominorum decani et capituli ecclesie sancti nicolai stendaliensis in famosos Achim et Clawes, fratres, dictos kercow, fredericum de aluensleue, Hintzonem wedemer, Hintzonem Cotwitz, Boldewinum dequede, Andrean et Schinen, dictos wedemer, et vesen fluter et eorum complices, in processibus dicti domini Rolandi expressatos, occasione confessati in iudicio et notorii spoliï, in villa staffelde, ad dictos dominos decanum et capitulum spectante, commissi in certis suis possessionibus, successuris temporibus fulminauit et promulgauit ac ipsos spoliatores per diuersos diuinorum rectores in diuersis locis sic excommunicatos, aggrauatos et interdictos nunciari mandauit. Verum prefati domini decanus et Capitulum in Stendal suis certis litteris ac nunciis nobis, qui eidem Rolando in dicto decanatu dei gracia succedimus, exponi fecerunt, humiliter supplicando, qualiter ob spem amicabilis compositionis interueniende prefatis excommunicatis, aggrauatis et interdictis absolutionis beneficium impendere dignaremur. Quare nos Ludolfus, iudex et conseruator prefatus, ob spem huius modi amicabilis compositionis interueniende, prefatos achim et kercow claws (sic), fredericum de aluensleue, hintzonem wedemer, hintzonem kotwitz, Boldewinum de-

quede, Andream et Schynen dictos Wedemer, Vefen Sluter et eorum complices in hac parte ab excommunicacionis, aggrauacionis et interdicti sentenciis occasione prenotati spoli in eisdem fulminatis, de expresso dictorum dominorum decani et capituli in Stendal consensu et voluntate in dei nomine vsque ad festum sancti Johannis baptiste inclusive proxime futurum absoluiimus in his scriptis etc. — Datum Brunswic, anno domini M^o. CCC^o. LXXXIX, XVII die mensis february, nostro sub sigillo presentibus appenso.

CCVII. Busse Dues, Hauptmann der Altmark, beleiht Hans und Otto Schartow mit Befahrungen in Hohenwulfsch, Schadsiede, Schartow u. am 22. Januar 1390.

Ik busse dues, houedman der aldin marke to brandenborgh, Betuge myd dessen open bryue, dat ik von magh wegin mynes gnedigen heren Jostes, marggreuen to brandenburg vnd heren to Merheren, lige vnd hebbe gelegen den bescheiden luden hanse vnd otten, bruderen geheiten schartow, wonastich to stendal vnd Eren rechten eruen in deme dorpe to hogen wultzike In coppe Tydekens haue Eyne mark suluers XXIII schillinge, anderhaluen sachel ghersten, anderhaluen sachel roggen vnd dry sachel hauer. In deme dorpe to schakstede in hans Bolkstorppe haue Eynen haluen wispel roggen, In heyne gherekens haue fees sachel roggen, In goden haue van der haaghe fees sachel roggen, In gode Crughers haue fees sachel roggen, In Coppe scroders haue achteyn Brandeborgheche penninge, In hans mollenbekes haue fees Brandeborgheche pennige vnd in deme suluen dorpe seesteyn huer. To schinne In des schultten haue Elftehaluen sachel roggen, In gherke hermens haue anderhaluen sachel roggen. To Erkleue in kremzows haue Eynen haluen wispel ghersten. To schartow in fritzen haue eyn stucke gheldes, In heyne meynen haue vir sachel roggen vnd vir sachel ghersten, In claus hermens haue vir sachel roggen vnd vir sachel gersten, In coppe Breyswedel haue vir sachel roggen vnd vir sachel gersten. Des to Tuge hebbe Jk myn Inghesegel laten hangen an dessen apen bryff, dy geuen ys na godis gebort drudteynhundert Jar darna in deme neghentigesten Jare, an senthe vincencius dage etc.

CCVIII. Die Knappen Johann, Henning und Albrecht von Buse verkaufen dem Capitel in Stendal eine Getreidehebung aus dem Dorfe Buse, am 13. Februar 1390.

Wy Jaen, Henning vn Albrecht, alle gheheyten van Buest, knapen, Bekennen openbare vnd betugen, — Dat wy mit wol vorbedachten mude vnd mit rade hebbe vorkofft vnd vorkopen to eneme rechten kope in dissen bryue den Erhaftigen herren, dem Deken vnd Capittel to funte Nyclus to Stendal, enen wispel hardes kornes vt vnin gemeynen samenden lene vnd gude In deme dorpe to Buest In dem houe vn hunen, dar nu Claus smed inne wonet vnd buwet, enen haluen wispel rogghen, vnd dem houe vnd hunen, dar nu Amelung vppe wonet vnd buwet, ene haluen wispel ghersten, vor virteynde halue mark suluers, dy vs her hinrik van lentzen van orer wegen an redeme suluere wol na vnsem willen vnde to danke hefft betalet, dy genzliken mit vnser wifscap vnd vnbort in vnse nut vnd vromen ghekomen sint. Vnd die vorbenanten herren Deken vnd Capittel scalen

ewichliken funder allerleye hindernisse, hulperede, ansprake van vs vnd vfe rechte eruen vnde nakomelinge den vorbenomten wispel korns alle iare to rechter pleghe vnd rente nach eyghendom, als vnse gnedighe herre Syghemunt, marggreue tu Brandenburg vnd koning tu vngheren, my hennigh van Buestt ergenomt vorbryuet vnd vorsegelt hefft, vnde dem godeshuse vnd Capittel to Stendal in dem fuluen bryue voreygent hefft, vredeliken besitten vnd vp boren: vnd wy Jaen, hennig vnd albrecht ergenant willen vnd scolen den herren, dem deken vnd Capittel to Stendal des vorbenomeden kopes vnd eyghendomes ene rechte were syn vnd wesen vor dy herren vnd vursten Marggreue to Brandenburg vnd vor alle dy, dy vor recht komen willen vnd recht gheuen vnd nemen willen: vnd wy Jaen, hennig vnd albrecht vorlaten vor vns vnse rechte eruen vnd nakomelinge den vorbenomeden wispel kornes in dissen Jeghenwardigen bryue den ergenomten herren den Deken vnd Capittel to stendal vnd orer hant, nut vnd behuff mit aller rechtichen anwardinghe, tusprake oder ansprake, dy wy van Buft dar an hebben oder gehat hebben vnd hir namals hebben muchten ewichliken, dar numer mer vp to sakende noch to sprekende mit rechte in gerichte oder buten gerichte, mit pandende noch mit nenerleye wise noch ghewalt, heymeliken oder openbare, funder allerleye arghe-lyst: vnde wisen dy vorbenomte herren, den deken vnd Capittel, in vnd an dy vorfcreuene lude vnd houe vnd huuen, dar sy den vorbenomten wispel kornes vt vnd aff manen scolen vnd ruweliken vp nemen, vor richter vnd bure in dem dorpe tu Buft: vnd dy vorbenomte bure, Claus smed vnd Amelung vnd ore rechte eruen oder nakomelinge vp dy fulue houe vnde huuen, dar dy vorgenomte wispel kornes aff vnd vt gheyt, Scalen dat korn, pacht vnd rente bereyden vnd vuren den ergenomten herren, dem deken vnd Capittel, in dy stad to Stendal alle Jare tu rechten pacht tiden, oder war vnd weme sy den heyten gheuen. Tughe differ vorfcreuene dinge synt dy erliken vnd bescheydene lude her hinrik pankov, perner tu buft, her otto visschebeke, altariste tu buft, her hinrik lentze pryftere, hermen van nytzenplyz knape, hans gardeleghe vnd werneke karul, Borghere to Stendal. Do was schulte in dem dorpe to Buft Seghebrecht Jegenwardich mit vele andere bure to buft, do wy Jaen, Henning vnd albrecht dy vorbenomte herren deken vnd Capittel viseden in dat vorfcreuene gut vnd dat vorlyten, als vorfcreuen steit. — na godis hort Drytteyn hondert iar vnd dar na in dem neghentygsten Jare, do dat gulden Jar was to Rome, Des sonnendaghes Esto michi in die vastelauende.

CCIX. Das Domstift in Stendal trifft nach Märktischer Observanz eine Vorschrift für die Auseinandersetzung der antretenden Pfründner mit dem Vermögen der abziehenden, indem es den St. Bartholomäi-Tag zum entscheidenden Termin erhebt, am 11. März 1390.

— Nos hennyngus decanus Totumque Cappitulum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal exempte et sedi apostolice sine medio subiecte halberstadenſis dyocesis publice recognoscimus per presentes, quod super contentione et controversia, inter vicarios nostros nuper coram nobis mota et habita, de et super fructibus et redditibus beneficiorum suorum non curatorum nec amministrationem habencium quoad ipsos beneficiatos vicarios decedentes et eorum in beneficiis ipsorum successores, de communi et expresse consensu et assensu et matura deliberacione dictorum vicariorum nostrorum omnium et singulorum ad hoc vocatorum et coram nobis in Capitulo nostro constitutorum, talem, vt infra sequitur, tamquam Juri communi, rationi et consuetudini patrie consonam, fecimus ordi-

